MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80123-12

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

KOHM, JOSEPH, 1875-

TITLE:

QUAESTIONES PLAUTINAE ...

PLACE:

GISSAE

DATE:

1897

Master Negative #

91-80123-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



87PE
K82

Köhm, Joseph, 1875-

Quaestiones Plautinae Terentianaeque; dissertatio inauguralis quam... scripsit Iosephus Koehm... Gissae, typis officinae aulicae et academicae Curti de Muenchow, 1897.

56 p. 22½ cm.

Thesis, Giessen.

170108

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7-15-91 INITIALS MJB

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


Kühm.
Quaestiones Plautinae
Terentianaeque.
87PL
K8

87PE K82

Columbia University
in the City of New York
Library

GIVEN BY

Giessen university

Quaestiones Plautinae Terentianaeque

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab amplissimo

philosophorum ordine Gissensi

rite impetrandos

scripsit

Iosephus Koehm
Castellensis

Gissae
TYPIS OFFICINAE AULICAE ET ACADEMICAE CURTI DE MUENCHOW
MDCCCXCVII

IACOBO SCHLENGER

PIETATIS CAUSA

NOV 17 1997 Giessen Univ. G. 609

239379

I. De nonnullis uocabulis.

1. Mortales.

Etiam uocabulum mortalium quin paulatim si non in usu cottidiano, at in accuratiore et politiore oratione usitatius fieret non multum afuisse F. Cramer (Was heisst Leute? Woelffl Arch. VI, 342 q. s.) contendit. sermonis igitur communis esse idem ac nostrum *Leute* significans prorsus negatur. paulo supra idem dixerat: *Die bemerkenswerteste Erscheinung aber ist, dass die Komoedie — von vereinzeltem populus und populares abgesehen — lediglich homines kennt trotz der häufigen Wiederkehr des Begriffs.* ne in ea quidem dissertationis parte, qua singulos locos enumerat, ullus eiusmodi locus ex comoediis sumptus commemoratur. atqui inuenitur *mortales* apud Plautum: *omnes mortales:* Amph 1047, Capt 465, 798, Cist 466, Epid 439, Mil 55, Pers 113, Rud 1285, Trin 212. *mortales multi:* Men 30. addi licet hos locos: Amph 547, Cas 348, Rud 7, quos a ceteris eam ob causam disiungere malim, quod ibi mortales homines diis immortalibus opponi non sine ueritatis specie contendi potest. neque uero eis locis, quos primum laudaui, *mortales* cum ui quadam dici, ut homines imbecillos esse ostendatur, sed nihil aliud significare nisi nostrum *Leute*, omnibus locis perspicuum est, imprimis Amph 1047, Rud 1285, Trin 212. praeterea Cramerum, cum etiam eos

locos commemoraturum se esse dicat, quibus *mortales* significet *Menschen*, addere oportebat Bacch 293, Capt 822, Poen 603, 653, Com p 25 Naeu 106; p 225 Pomp 3. hoc quoque tenendum est non solum deum regem militem illud uocabulum usurpare, sed etiam seruum lenonem lenam idque senariis quoque uersibus. accedit, ut apud Terentium, qui multo politius scribit quam Plautus, *mortales* illo modo usurpatum non inueniamus, deinde ut Ciceronis in operibus philosophicis illud uocabulum semper fere significet homines miseros imbecillos, in orationibus *Leute* (cf. H. Merguet, Lexicon zu den philos. Schriften Ciceros II, 1892; Lexicon zu Ciceros Reden III 1882). afferre etiam ea possumus, quae Gellius N. A. XIII 29 (28) disserit: *nil autem arbitrare causae fuisse, quod uir modesti atque puri ac prope cotidiani sermonis 'mortalibus' maluit quam 'hominibus' dicere*, si non Gellii ratiocinationem, at rem ipsam probantes.

Quae cum ita sint — neque Cramerum fugere potuit nisi, quod ipse p. 341 fatetur, uitio collectorum —, uocabulum mortalium communis sermonis fuisse apparet. quod ut paulatim ab usu remoueretur, Vergilii auctoritate factum esse Cramer bene coniecit; sed ut duobus saeculis post ab antiquariis in usum reciperetur, Plauti auctoritatem non minus ualuisse puto quam Enni Catonis Sallusti Ciceronis.

2. Filius filia — gnatus gnata.

Vocabulum filii uocatiue dictum apud poetas Romanos comicos non inueniri Fr. Buecheler (Mus. Rhen. 39, 412) iam attulit; sed cum causae quibus uir ille doctissimus hanc rem satis miram explanabat, mihi quidem probari non posse uideantur, nunc quid intersit inter uocabula filii filiae et gnati gnatae, accuratius perquiramus. ac primum quidem, ne desint quaestioni fundamenta, omnes antiquae latinitatis locos, quibus haec uocabula exstant, enumerabimus.

Filius:

Amph 30, 480, 718, 720, 992, 1070, 1088, 1123, 1136, Asin 49, 52, 57, 74, 89, 103, 123, 267, 309, 344, 522, 751, 836, 851, 853, 862, 875, 931, Aul 10, 12, 16, 21, Bacch 233, 238, 244, 259, 264, 308, 337, 346, 351, 366, 407, 420, 484, 495, 645, 810, 830, 842, 850, 855, 906, 919, 921, 931, 974, 1059, 1076, 1091, 1110, 1113, 1114, 1164, 1168, 1175, 1183, 1190, 1197, 1203, 1206, 1210, Capt 7, 25, 32, 95, 98, 101, 140, 261, 273, 316, 330, 348, 361, 366, 367, 396, 437, 454, 576, 586, 758, 759, 761, 872, 899, 933, 952, 972, 988, 990, 1007, 1015, 1016, 1025, Cas 35, 49, 51, 55, 59, 60, 150, 263, 264, 289, 314, 329, 995, 1014, Cist 317, <363> , 365, 370, Curc 221, 638, Epid 20, 89, 164, 173, 212, 246, 277, 286, 389, 390, 408, 414, 430, 481, 508, 673, 704, Men 18, 61, 1118, Merc 257, 261, 364, 545, 961, 972, 979, 989, 1008, 1021, Mil 718, 1081, Most 28, 83, 349, 637, 659, 664, 670, 750, 758, 929, 997, 1016, 1044, 1117, 1138, Poen, 64, 75, 76, 119, 122, 125, 952, 954, 957, 997, 1042, 1059, 1072, 1080, 1144, 1257, 1325, Pseud 395, 413, 417, 422, 430, 442, 444, 446, 482, 673, 1307, 1311, 1330, Trin 108, 114, 359, 396, 424, 437, 449, 499, 571, 574, 602, 604, 611, 839, 1075, 1085, 1122, 1134, 1143, 1165, Truc 297, 522, 538, 669, 731, 846, 849, 857, 865, 935, Vid 86, Frgm 155, 119.

Andr 80, 101, 105, 169, 172, 177, 452, 570, 578, 584, 602, 870, Haut 93, 164, 178, 181, 217, 411, 417, 424, 443, 480, 492, 552, 753, 756, 799, 845, 891, 898, 908, 941, 991, 1016, 1022, 1025, Eun 289, 962, Phorm 39, 71, 244, 253, 288, 400, 401, 450, 670, 817, 819, 919, 933, 1040, Hec 210, 280, 345, 451, 743, 832, Ad 35, 46, 54, 74, 114, 355, 367, 400, 462, 542, 707, 807, 840, 844, 850, 867, 937, 974.

Com p 23 Naeu 96, p 26 Naeu 111, p 48 Caec 76, p 114 Inc 15, p 120 Inc 50, p 128 Inc 97, p 185 Afr 162, p 188 Afr 190.

Trag p 131 Pac 402.

XII. Tab IV, 2 (Sch), Liu Od 2, 23, Naeu BP 20, Enn Ann 223,3, Luc 14,2, 261.

CIL I 32, 131, 187, 198,2, 198,3, 198,17, 198,77, 623, 1012, 1090, 1166, 1173, 1224, 1225, 1272, 1275, 1284, 1462, Saepe *F.* = filius.

Deminutiuum filiolus exstat: Capt 876, Truc 640, 805.

Filia:

Amph 99, Asin 132, 544, 595, Aul 23, 74, 172, 204, 218, 219, 228, 258, 269, 271, 275, 289, 295, 372, 384, 476, 479, 540, 603, 613, 683, 729, 781, 794, 797, Cas 1013, Cist 163, 172, 499, 501, 513, 516, 524, 533, 550, 568, 600, 602, 604, 606, 607, 617, 621, 717, 749, 759, 762, 775, 780, Epid 33, 88, 172, <357>, 368, 400, 405, 542, 561, 568, 573, 585, 588, 589, 590, 597, 604, 635, 698, 699, 700, 703, 705, 716, 717, Men 762, 770, 822, 844, Mil 111, Pers 127, 148, 338, 341, Poen 84, 111, 121, 124, 1100, 1103, 1115, 1116, 1128, 1136, 1156, 1160, 1166, 1171, 1239, 1246, 1256, 1261, 1278, 1345, 1357, (1374), (1383), (1412), Rud 742, 1165, 1173, 1192, 1196, 1203, 1211, 1213, 1219, 1363, 1364, Stich 66, 96, 505, 539, 547, 560, 567, Trin 110, 157, 1075, 1100, 1156, 1162, 1182, Truc 789, 802, 821.

Andr 148, 534, 566, 571, 822, 830, 932, 951, Haut 97, 602, 639, 667, 714, 772, 794, 835, 846, 988, 1018, 1048, 1061, 1065, Eun 117, Phorm 244, 568, 645, 650, 811, 942, 1006, Hec 251, 498, 518, 522, 527, 538, 545, 629, 640, 748, Ad 301, 466.

Com p 54 Caec 113, p 267 Nou 84.

Trag p 27 Enn 98, p 41 Enn 196, p 49 Enn 232, p 67 Enn 355 †.

Liu Od 15 †, 16, 25, Naeu BP 1, Luc 665, Cat 28,10.

CIL I 54, 1008,1, 1008,10, 1030, 1347, saepe *F.* = filia.

Deminutiuum filiola: Cist 571, 665, Rud 106.

Gnatus:

Asin 16, 66, 72, 76, 82, 283, 825, 829, 830, 836, 882, Aul 694, Bacch 327, 453, 492, 778, 803, 812, 1081, 1082, Capt 19, 130, 144, 310, 399, 407, 711, 879, 881, 898, 976, 978, 994, 1006 (bis), 1021, Cas 291, Cist 319, Epid 219, 242, 267, 406, 487, 702, Merc 55, 329, 367, 680, Most 485, 489, 616, 1027, 1120, 1154, Poen 68, 1047, 1196, Pseud 199, 438, 487, 498, 528, 1072, Trin 154, 281, 353, 362, 442, 521, 570, 875, 898, 955, 1081, 1140, 1180.

Andr 49, 98, 149, 163, 185, 527, 528, 530, 535, 540, 552, 596, 831, 851, 869, Haut 131, 148, 429, 431, 528, 540, 670, 712, 843, 882, 888, 894, 1003, 1028, 1060, 1065, Phorm 64, 422, 442, 577, 1039, 1045, Hec 233, 240, 259, 352, 456, 512, 577, 605, 606, 758, 780, 818, Ad 383, 692, 756.

Com p 6 Naeu 2, p 45 Caec 65, p 58 Caec 140, p 257 Nou 7 †, p 261 Nou 41 †.

Trag p 6 Naeu 1, p 26 Enn 93, p 51 Enn 247, p 76 Pac 1 a, p 85 Pac 67, p 101 Pac 198, p 112 Pac 283, p 117 Pac 316, p 118 Pac 330, p 131 Pac 400, p 153 Acc 131, p 165 Acc 226, p 165 Acc 230, p 173 Acc 279 †, p 212 Acc 590, p 260 Inc 169. — Acc Did 11.

CIL I 1007, (1346, 1349, 1351, 1353, 1354, 1359, 1362, 1364, 1366, 1368, 1372, 1376, 1377, 1379, 1380, 1382, 1383, 1392).

Gnata:

Aul 224, 387, 787, 792, 798, 807, Cist 181, 548, Epid 353, 532, 596, Men 835, Pers 131, 142, 157, 332, 740, 752, Poen 952, 1104, 1131, 1276, Rud 1179, 1411, Trin 1, 9, 15, 113, 1143, 1157, Truc 841, Frgm p 165, 82.

Andr 100, 242, 392, 540, 592, 741, 774, (AES 20), Haut 615, 880, Phorm 736, 749, 817, Hec 124, 318, 446, 556, 572, 812, Ad 340.

Com p 114 Inc 15, p 190 Afr 208, p 202 Afr 301.

Trag p 2 Liu 11, p 29 Testim †, p 91 Pac 115, p 175 Acc 299, p 201 Acc 503, p 215 Acc 609, p 264 Inc 193. Enn Ann 28. — CIL I 1008, 1009 (bis), 1306.

Examinantibus uel diligentissime horum uocabulorum pondera eiusdem esse significationis atque prorsus promiscue indifferenterque ea usurpari apparet; cf. e. gr. Asin 72, 74, 76; Capt 140, 144; 898, 899; 1006, 1007; Cas 289, 291; Epid 406, 408; 702, 704; Andr 869, 870; Haut 843, 845; 892, 894; Phorm 1039, 1040; Aul 384, 387; 797, 798; Cist 548, 550; Poen 1103, 1104; 1156, 1157; Trin 1143. imprimis ad hanc rem intellegendam idonei sunt uersus Asin 836 q s: *amari mauolo, mi gnate, me abs te. Arg: pol ego utrumque facio ut aequomst filium.* Trin 570: *tute agito cum nato meo. nunc tuam sororem filio posco meo.* neque uero eorum qui loquuntur morum aut originis aut condicionis rationem esse habitam optime intellegitur ex Capt 140. dixerat pater: *semper sensi filio meo te esse amicum;* tum Ergasilus parasitus: *ego postquam gnatus tuos potitust hostium;* uersu autem 898, postquam pater dixit: *a me meoque gnato,* parasitus *tuom* inquit *tibi aduenisse filium.* hunc non solum comici sermonis usum esse, sed in ceteris quoque priscae latinitatis fontibus promiscue illa uocabula usurpari cognoscitur ex CIL I 1008 u 1: *<heic est sep>ulta Quincti Ranci filia,* u 10 *<prae deside>rio gnatae fletus in dies,* u 11 *edunt sibei esse talem ereptam filiam,* u 19 *suae gnatae sibeique uxori hanc constituit <domum>* .

Exsistit uero discrimen satis graue, si spectamus, quam crebra sint haec uocabula in singulis litterarum generibus. exstat enim, ut supra uidimus, filius

apud Plautum	234 ies
apud Terentium	76 „
apud ceteros poetas comicos	8 „
i. e. in omnium poetarum comicorum reliquiis	318 „

sed apud poetas tragicos semel tantummodo in Pacuuii fragmentis; neque tamen num ille uersus tragoediae re uera sit, satis constat; nam sine fabulae nomine citatum Niptris tragoediae Delrio attribuit.

similiter filia apud Plautum exstat	139 ies
apud Terentium	42 „
apud ceteros poetas comicos	2 „
in omnium igitur comicorum poetarum reliquiis	183 „
sed in tragicorum reliquiis	4 „
gnatus uero apud Plautum exstat	76 „
apud Terentium	52 „
apud ceteros poetas comicos	3 „
in omnium igitur comicorum poetarum reliquiis	137 „
sed in tragicorum poetarum reliquiis	16 „
et gnata apud Plautum exstat	32 „
apud Terentium	19 „
apud ceteros poetas comicos	3 „
in omnium igitur poetarum comicorum reliquiis	54 „
sed apud poetas tragicos	7 „

Itaque si omnia colligere licet, crebritas uocabuli filii ad uocabuli gnati crebritatem

apud Plautum	ut 3	ad	1
apud Terentium	„ 1,5	„	1
apud ceteros poetas comicos	„ 2,6	„	1
apud omnes poetas comicos	„ 2,4	„	1
sed apud poetas tragicos	„ 1	„	16

et crebritas uocabuli filiae ad gnatae uocabuli crebritatem

apud Plautum	ut 4,3	ad	1
apud Terentium	„ 2,2	„	1
apud ceteros poetas comicos	„ 1	„	1,5,
apud omnes poetas comicos	„ 3/4	„	1
sed apud poetas tragicos	„ 1	„	1,75

Quod, quamuis pauca tragoediarum fragmenta nobis tradita sint, casu factum esse omnino negauerim ac confirmatur haec ratio inscriptionibus. nam ibi praeter illos locos innumerabiles, quibus exstat *F.* compendium pro *filius* positum, in inscriptionibus orationis solutae filii uocabulum inuenimus 16ies, bis tantummodo in metricis; *gnatus* uero praeter inscriptiones Tuscas, de quibus mox erit dicendum, in inscriptionibus orationis solutae exstat nusquam, semel in inscriptione metrica CIL I 1007; neque *gnata* in inscriptionibus solutae orationis usquam inuenitur, sed in metricis quinquies. *filia* in inscriptionibus orationis solutae praeter *F.* compendium satis frequens exstat bis; ut bis etiam in inscriptione metrica eadem usurparetur (CIL I 1008; cf p 10), ni ualde fallor, uarietatis causa factum est. hoc uero est tenendum et hic et CIL I 32 filium uel filiam tamquam publice dici; nam quod Buecheler putat illud *Luciom Scipione filios Barbati* summa cum elatione et altitudine sermonis dictum eis qui tum erant uisum esse, argumentis probari non potest.

Restat ut agamus de inscriptionibus Tuscis prope Clusium et Perusiam inuentis CIL I, 1346–1392. in his primum praenomen nomenque, deinde nomen patris, postremo nomen matris poni mos est ut

C. Caesius C. f. Varia nat.

uel *Annia Sex. f. Cassia nata.*

Harum inscriptionum duodeuiginti numero in septem patris nomen additum non est. quodsi Buecheler l. l. sic disserit: *Denn bei diesen* (putat Tuscos) *ist bekanntlich der Muttername zur vollen Nomenclatur erforderlich, nicht die Vaterschaft, sondern die mütterliche Herkunft Zeichen der Ebenbürtigkeit,* recte eum dixisse equidem mihi persuadere non possum. nam si re uera superuacaneum fuisset patris nomen ita, ut et addi et non addi aeque liceret, etiam in illis inscriptionibus, quibus patris nomen additum est, matris nomen praeponi, patris nomen secundo demum loco poni oportebat. uel hanc ob causam Buecheleri sententia reicienda esse uidetur. sed

ut semper fere, sic etiam in hac re non unam sed complures simul fuisse causas arbitror, inter quas haec imprimis ualuisse uidetur, quod nonnunquam factum est, ut quis fuisset pater explanari non iam posset. ac si eas res, quae ipsis comoediis describuntur (cf e. gr. Truc 809 q. s.), considerauerimus, eo facilius hoc ita se habere putabimus. in Etruria porro quales fuerint hominum mores, optime cognoscere licet ex Cist 562: *ubi tu locere in luculentam familiam, unde tibi talenta magna uiginti pater det dotis: non enim hic, ubi ex Tusco modo tute tibi indigne dotem quaeras corpore. — Phan: An amabo, meretrix illast, quae illam sustulit?* ad matrum igitur ius quod uocant refugiamus necesse non est, sed de hac re postea pauca addam. praeterea hoc est adnotandum illis inscriptionibus *gnatus* uel *natus* non esse substantiuum, sed, cum 14 ies ablatiuus casus nominis matris exstet, participium a nascendi uerbo deriuatum.

Ex hac autem tota quaestione id unde orti sumus plane apparuit: sermonem plebeium et pedestrem praetulisse uocabulum fili, grauiorem uero et ut ita dicam uere poeticum uocabulum gnati.

Praeter hoc etiam aliud inter uocabula de quibus agimus discrimen est, quod iam initio commemorauimus: *filius* uocatiue dictum apud poetas scaenicos non inuenitur, sed ubique *gnate* uel *gnate mi* uel *mi gnate* appellatur filius et a patre: Asin 829, 830, 836, 882, Capt 1006, 1021, Merc 367, Trin 281, 353, 362, 1180. Haut 843, 1060, Hec 456 et a matre: Aul 694. Haut 1028, 1065, Hec 352, 577, 605, 606. – in tragicorum poetarum fragmentis, utrum pater an mater loquatur, propter exiguitatem et obscuritatem fragmentorum satis dilucide discerni non potest.

Trag p 6 Naeu 1, p 51 Enn 247, p 85 Pac 67, p 112 Pac 283, p 131 Pac 400; ad locos duos postremo citatos cf Ribbeck, Röm Trag p 308 et 323.

Quae cum ita sint, quod O. Ribbeck Com p 5 Enn 5 pro: *an aliquid quod dono illi morares* coniecit: *dono, fili, nil morares*, probari non potest.

Exstat autem uocatiuus uocabuli filii Liu Od 2, Cat 77, 1; 78, 13; 80, 1. apud Liuium *pater noster, Saturni filie* secundum Hom. Od I, 45 ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη re uera huius uocabuli uocatiuum exstitisse eo certius est, quod Priscianus propter hanc ipsam formam *filie* uersum laudauit. neque tamen hic uocatiuo filius eius qui loquitur appellatur, sed *Saturni filie* separari non potest dictumque est, quo Graecum Κρονίδη transferretur. in Catonis fragmentis ex libris ad Marcum filium sumptis illud *Marce fili* ut non ab omnibus scriptoribus, qui illos locos laudauerunt, adderetur, ideo factum esse puto, quod hi id ipsum: *orator est uir bonus, dicendi peritus* maxime interesse putabant, sed cui haec uerba dicerentur, nullius esse momenti.

Exsistit quaestio, quaenam causa sit, quod *filius* apud scaenicos poetas uocatiue dictum non inueniatur: nam casu factum esse credi uix potest. neque hoc dicere licet filios omnino non uocabulis propinquitatem indicantibus, sed praenominibus aut aliis uocabulis ut adulescentis, adulescentuli appellari solere, quod omnium ferme linguarum usus est appetens perspicuitatis; nam patri multi saepe filii sunt, filio unus pater est. quo fit, ut *pater* uocatiue dictum inueniatur apud Plautum 93 ies, apud Terentium 47 ies, filius autem uocabulo propinquitatem indicante tam raro appelletur. neque tamen tali ratiocinatione quamuis uera rem illam explicare possumus: nam eis locis, quibus adhibetur uocabulum propinquitatem indicans, qua de causa numquam uocabulum filii, quod apud poetas comicos frequentius esse uidimus, uocatiue dictum inueniamus, sed semper gnati uocabulum rarius, ista ratione non intellegitur.

Aliam causam attulit Fr. Buecheler (Mus. Rhen 39, 412). filii enim uocabulum a felando (θηλή) deriuandum esse ratus (auctore Curtio) primo additum fuisse filii nomini nomen

matris affirmauit; ut eis temporibus, quae nobis nota sunt, patris nomen adderetur, paulatim factum esse moribus mutatis. sed uestigia status illius principalis eum qui satis diligenter comoedias legeret, facile cognoscere: nam apud Plautum filium a patre nunquam *fili*, sed semper *gnate* appellari; has igitur esse reliquias, ut ipsius uerba afferam *ein Stück Mutterrecht*. de huius uocabuli etymologia, quam multi uiri docti (G. Meyer Corssen Thurneysen Parodi alii) summa cum subtilitate tractauerunt, egit etiam B. Delbrueck (Ind Verw p 459): quaestionem esse difficillimam, cum *f* Latinum et *bh* et *dh* Indogermanicum esse posset. tamen Curtii etymologiam omnium, quae adhuc allatae sunt, maxime probabilem putat. Buecheleri uero de matrum iure eiusque reliquiis sententiam prorsus improbat. quam probari non posse magis etiam quam ex eis causis, quas Delbrueck attulit, inde apparet, quod non solum pater, sed etiam mater *gnate*, non *fili* filium appellat; hanc si Buecheler recte iudicasset, *mi fili* dicere oportebat. praeterea animaduertendum est in inscriptionibus illis Tuscis ad patris nomen filii ad matris nomen gnati uocabula poni, in eis ipsis inscriptionibus, quibus Buecheler statum principalem seruatum esse putabat.

Etiam de rationibus metricis et euphonicis cogitari potest. sed ne hae quidem ad illam quaestionem dilucide explanandam sufficiunt. causa uero, ni fallor uera est haec:

Vocabulo propinquitatem indicante raro filium appellari iam uidimus. itaque si illud usurpatur, non sine ui ac tamquam emphatice dici facile coniciemus. probatur haec sententia, si singulos locos ipsos perlustramus.

Capt 1006 Hegio ad filium uersus modo repertum *salue* inquit *exoptate gnate mi* et filio interrogante *sed tu die, oro, pater meus tun es?* pater respondet: *ego sum, gnate mi!* certe filius non tam appellatur quam esse filium, cum eo, qui antea erus erat, maximis propinquitatis uinculis coniunctum, his uerbis premitur.

Trin 1180 Charmides diu peregrinatus et nunc demum domum reuersus filio *o pater mi salue* salutante ipse *salue multum* inquit *gnate mi.*

Etiam Hec 352 *So: o mi gnate! Pamph: mea mater, salue. So: gaudeo uenisse saluom.* et Hec 456 *Pa: salue mi pater. La: gnate mi, salue* blanda et amoris plena est allocutio ad filium reuersum.

Asinariae locis, quos supra commemorauimus, pater blanditiis filium sibi conciliaturus est; similiter Merc 367 Demipho et filium conciliare et omnem suspicionem a se amouere studet (cf 385). ceteris quoque locis *mi gnate* dictum esse uidetur aut cum cura quadam et beneuolentia aut cum hortatione et consiliis, ut coniecturam rebus ipsis aliqua ex parte probari uideamus.

Quodsi uocatiuus uocabuli propinquitatem significantis sollemniter grauiterque usurpatur, facile intellegemus gnatum eam ob rem uocatiue dici, quod, ut iam uidimus, sermonis est grauioris ideoque ad res sollemnes magis idoneum. hunc usum iam uulgo ualuisse, non a poetis demum scaenicis inuentum esse ueri est simillimum. nunc etiam de Catonis locis rectius iudicabimus: *Marce fili* ibi dicit Cato, non *gnate*, quod id tantum agit, ut ei qui legunt Marcum, cui dedicatus est ille liber, filium suum esse sciant; appellat filium non emphatice, sed tamquam publice.

Restat ut cetera uestigia tractemus, quibus Buecheler sententiam illam de filii uocabuli usu antiquissimo matrumque iure suffulciebat. dixit enim

1. poetas comicos multo saepius dixisse *puerum peperit* quam *filium peperit.* atqui *filium parere* exstat Amph 480, 718, 720, 1088, Truc 522. Haut 1022, et *filiolum peperit* Truc 640; cf *filiam parere* Cist 163, 617. sed *puerum parere* his tantummodo locis inuenimus:

Truc 18, 389, 505, 576, 806, 807, Frg p 155,118; nam Amph 1102, Cas 256, Truc 789, afferre uix possumus, neque Amph 1070 *filios pueros peperisse.*

Exstat igitur *filium parere* 6 uel 7 ies
puerum parere 7 „

Accedit ut *puerum parere* cum parechesi dicatur (cf Frgm 118 *pueros pariat postea*) ideoque ut imprimis foueatur fieri possit. cf infra p 52. quae cum ita sint, ne hac quidem in re Buechelero assentiri possumus.

2. semper dici *auctus sum liberis*, non ut postea e. g. apud Ciceronem *filio sum auctus.* sed inuenitur *liberis sum auctus* apud scriptores antiquiores bis tantummodo Truc 384 et 516; concludi igitur quidquam posse prorsus negandum est.

3. quas alias res Buecheler affert: eum sensum quem apud Germanos habeant *Sohn* et *Tochter*, apud Latinos diuisum esse inter *gnatus gnata* et *filius filia*, quin recte dixerit nemo dubitabit; sed quomodo hac re sententiam suam fulcire possit, equidem non intellego.

4. fabulam porro lupae Romulum et Remum uberibus alentis ortam esse ex etymologia illa etiamtum satis clara tamquam ut ait Buecheler *ein Schriftwort in Commentaren* equidem nunquam crediderim. multo rectius dixisse uidetur Otto Keller (Tiere des classischen Altertums in culturgeschichtlicher Beziehung. Innsbr. 1837 p 174): *Auch im übrigen ist die Wölfinsage gewiss kein uritalisches Gewächs; denn wir können sie ganz deutlich bis auf vorderasiatischen Boden zurückverfolgen. Zu Kydon auf Kreta und zu Milet treffen wir schon den Typus: Abstammung des Gründers von einem Gotte und einer Sterblichen, Aussetzung und Ernährung durch das dem göttlichen Vater geheiligte Tier, den Wolf, darauf Nachstellung von Seiten eines älteren Verwandten, endlich Gründung einer Colonie. . . . . Merkwürdig bleibt es, dass auch in den Steppen Centralasiens ganz gleichartige Mythen sich bildeten. Den Gründer des türkischen Volkes säugte eine Wölfin. . . . Die Phantasie der Hirtenvölker scheint diesen Mythus mit einer*

gewissen Naturnotwendigkeit produciert zu haben. quae si probauerimus, fabulam ex etymologia Latina ortam esse non minus negandum censebimus quam quod Liuius I, 4, 7 nonnullos putasse tradit: *Larentiam uulgato corpore lupam inter pastores uocatam: inde locum fabulae ac miraculo datum.*

Omnibus igitur uestigiis, quae Buecheler attulit, nullam persuadendi necessitatem inesse uidimus, neque de illa Bachofeni doctrina, quam Leist Delbrueck alii refutauerunt, amplius loqui operae pretium esset, nisi auctoritate Francisci Buecheler uiri doctissimi et de priscae latinitatis cognitione omnium optime meriti commotus essem, ut omnes comoedias comoediarumque reliquias iterum iterumque perscrutatus essentne uera eius rei argumenta indagarem. occurrerunt autem quaerenti loci hi:

Asin 853 Artemona mater: *meoque filio sciente id facere flagitium patrem?*

Epid 573 interrogante matre: *quis istaec est, quam tu osculum mihi ferre iubes?* pater (filiam enim illam esse putat): *tua filia.*

Haut 1016 mater ad coniugem uersa *egon confitear meum non esse filium, qui sit meus.*

Phorm 1039 patre praesente Phormio ad Antiphonis matrem uersus *eas dedi* inquit *tuo gnato.*

Hec 538 pater ipse uxorem increpat: *nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati.*

Possuntne afferri hi loci pro argumento quo matrem olim familiae fuisse principem affirmetur? minime: eodem modo etiam Haut 1025 afferre possumus, quo ex loco si quis argumentum sumere uelit, eum a ratione abhorrere suo iure Buecheler ipse contendit. neque enim singulos locos e contextu solutos tractare licet: quos si cum uersibus, et qui antecedunt et qui sequuntur, conexos considerauerimus, non sine causa illo modo dictum esse facile intellegemus. praeterea conferamus:

Asin 875 eadem Artemona: *is etiam corruptus suom corrumpit filium.*

Cas 150 *quando is mi et filio aduorsatur suo.*

Epid 596 *quid, ob eam rem hanc emisti quia tuam gnatam es ratus?*

Men 1118 *quid uos tum patri filii quot eratis?*

Etiam hoc, si quis omnium uirium contentione matrum ius defendere uellet, pro argumento afferre potest: saepe pro *parentes* dici non *pater et mater,* sed *mater et pater:* Capt 389, 549, Cist 718, Curc 606, Eun 111, 840, Com p 74 Caec 245; cf Amph 28, Men 1103, Poen 1065.

Exstat autem *pater et mater* Merct 659, Poen 1063, 1066, Pseud 367, Rud 1267, Eun 517, Com p 23 Naeu 95; cf CIL I 1008, 12.

Matrem ante patrem nonnunquam nominari recte interpretantibus mirum non erit; e. gr. Eun 840 matrem domi esse facile conici potest, sed etiam patrem domi fuisse tamquam per climacem additur. praeterea etiam hoc considerandum est a matre potissimum pueros et ali et educari; patrem uero saepe domo abesse liberisque educandis minus curare. quam raro pater liberos uiderit, ex Aulularia et Hecyra fabulis optime cognoscitur. itaque si quis ex uocabulorum illorum ordine concludendum putaret apud Romanos matrem antiquitus familiae principem fuisse, non minus peruerse faceret quam si quis apud Germanos filios fuisse in matrum, filias in patrum potestate affirmaret interpretatus uerba illa Goetheana (Hermann und Dorothea, Euterpe):

Und nicht das Mädchen allein lässt Vater und Mutter zurück, wenn sie dem erwähleten Mann folgt;

Auch der Jüngling er weiss nichts mehr von Mutter und Vater.

3. Adulescens adulescentulus.

Inter adulescentis et adulescentuli uocabula quid interesset, Lorenz Pseud praef p 60 (cf. eiusdem adnotationes Mil 367, 634, 789) disseruit; neque uero omnes locos attulit neque prorsus recte uidetur iudicauisse. putat enim apud Terentium

adulescentuli uocabulum usurpari nihil aliud significans quam adulescentis uocabulum; sed apud Plautum uim deminutiui etiam inesse. quam Cist 158, Mil 264, Poen 115 huic uocabulo non inesse aut, si inesset, non satis clare percipi et demonstrari posse apparet. Capt 874, quem locum sententiae suae repugnare Lorenz ipse uidit, qua de causa Philocrates adulescentulus nominetur, intellegi non potest. neque qua ratione Pleusicles Mil 264, 367, 390 adulescentulus, 289, 440 adulescens nominetur, elucet. idem efficitur ex Poen 115 collatis uersibus 78, 96, 1044. hac in re mirum est, quod Donatus ad Andr 55 addidit

> Andr 55: *Quod plerique omnes faciunt adulescentuli, Vt animum ad aliquod studium adiungant aut equos Alere aut canes ad uenandum aut ad philosophos.*

Donatus: *Bene deminutiue, ut propter aetatem facile ignoscat.* certe huic sententiae non deest ueritatis species: sed studiis illis ut ignoscatur, uocabulo adulescentuli opus non erat, quia ne grandioribus quidem natu talia studia quisquam opprobrio dabit. itaque si Terentius scripsisset *adulescentes*, uel hoc uocabulum excusationi fuisset satis graui. ac plerisque locis, si adulescentuli uocabulo uim inesse laudantem uel blandientem uel aliam deminutiuis uocabulis propriam demonstraturi essemus, eadem arte etiam adulescentis uocabulo semper fere eandem uim subicere possumus. itaque si omnes locos, quibus haec uocabula exstant, considerauerimus, prorsus promiscue quod ad sensum pertinet ea usurpari facile uidebimus.

A d u l e s c e n s (masc.):

Asin 133, 337, 634, 833, Aul 28, 29, 35, 735, Bacch 7, 65, 421, 587, 817, Capt 105, 140, 169, 459, 478, 1032, Cas 62, Cist 125, 190, 195, 299, 597, 731, Curc 399, Epid 1, 101, 164, 299, 436, 440, 459, 603, Men 75, 100, 135, 285, 289, 494, 498, 506, 1021, 1025, 1065, 1066, 1079, Merc 427, 444, 447, 540, 550, 973, 987, 1021, 1025, Mil 99, 289, 440,

661, 788, 1297, Most 21, 84, 653, 950, Pers 579, 660, Poen 78, 96, 679, 1044, 1307, 1315, Pseud 364, 434, 615, 978, 1137, 1141, Rud 42, 48, 59, 62, 64, 65, 80, 118, 131, 313†, 416, 554, 563, 871, 941, 1197, 1303, Stich 542, 550, 557, 561, 565, Trin 12, 116, 124, 126, 128, 131, 193, 214, 326, 359, 428, 750, 771, 781, 784, 789, 817, 871, 872, 889, 892, 894, 968, Truc 99, 246, 302, Vid 31, 72.

Andr 466, Haut 2, 213, 403, 412, 474, 531, 534, Eun 204, 430, 478, 617, 1014, Phorm 92, 361, 378, 731, 752, 762, 1041, Hec 138, 556, 803, Ad 8, 61, 188, 207, 214, 218, 318, 722, 760.

Com p 21 Naeu 83, p 70 Caec 211, p 72 Caec 228, p 119 Inc 42, p 205 Afr 317.

A d u l e s c e n s (femin.):

Mil 966, — Andr 488, Phorm 794, Hec 661.
Com p 172 Afr 52.

A d u l e s c e n t u l u s:

Asin 812, Bacch 88, Capt 874, Cist 158, Mil 264, 367, 390, 634, Poen 115, Pseud 871, Stich 571, Trin 366.

Andr 55, 828, 910, Haut 51, 93, 100, 113, 477, 546, 1045, Eun 423, 539, 686, 931, 940, 943, 949, 1021, Phorm 6, 281, Ad 101, 112.

Com p 11 Naeu 26, p 29 Naeu 126.
cf Trag 278 Naeu 8, Naeu Sat 65, Luc 628.

A d u l e s c e n t u l a:

Epid 43, Mil 789, Rud 416.
Andr 118, Haut 602, 654,

et utriusque generis esse potest: Hec 619: *odiosa haec est aetas adulescentulis.*

Exstat uero discrimen inter haec uocabula metricum. nam apud Plautum, quamuis saepe (131ies) inueniatur adulescentis uocabulum, nusquam in uersus clausula usurpatur. uersu enim Rud 313 falsa est coniectura uirorum doctorum *adule-*

scentem in uersus fine ponentium. de hac re infra accuratius erit disserendum. *adulescentulus* autem et *adulescentula* apud eundem 13 ies in uersus clausula inuenitur, bis tantummodo medio in uersu Mil 367, 390; sed his uersibus fortasse uerba uersus 264 iterantur; mirum tamen est quod Sceledrus u. 289 dicit *nescioquo adulescente.*

Apud Terentium 30 ies *adulescens* medio in uersu exstat, in clausula uersus praeter formam *adulescentium* non nisi Phorm 752. genetiuus autem pluralis omnibus locis quibus exstat Haut 2, Ad 188, 207 in uersus fine positus est et semper formam habet *adulescentium*; item Com p 70 Caec 211. altera forma *adulescentum* apud Plautum sola exstat ac semper medio in uersu Asin 133, Pseud 364. sed *adulescentulus* et *adulescentula* apud Terentium 24 ies*) in fine uersus exstat, bis tantum medio in uersu. metricam igitur rationem praeualuisse facile cognoscitur.

Restat ut de u. Rud 313 agamus, qui quamuis a multis uiris doctis iam pertractatus sit, sanatus tamen nondum esse uidetur. codices recensionis Palatinae — Ambrosianum enim hos uersus non praebere dolemus — nonnullis differentiis minoris momenti omissis haec tradunt:

Vt piscatorem aequum est fame sitique speque
Ec quem adulescentem huc dum hic astatis
Strenua facie rubicundum fortem qui tres
Duceret clamidatos cum macheriis uidisti seni
(uidisti seni BCD[1] *uidistis* D[3]FZ)

Certe quales traduntur uersus esse non possunt, sed aliter eos distingui oportet. atqui *ut piscatorem aequum est fame sitique speque* uersus septenarii iambici initium et *huc dum hic astatis strenua facie rubicundum fortem* optimum septenarium esse omnes ferme uiderunt. sed quod Guietus alii coniecerunt:

*) Apud Terentium quantopere huius deminutiui increbuerit usus, neglegendum non est.

ut piscatorem aequumst fame sitique. TR: Ecquem adulescentem

probari non potest. nam primum *speque* satis magna cum ui deletum est, quamquam bonum sane sensum praebet minimeque, quod nonnulli putabant, ineptum est, si, quid ueteres cogitarint de spe, considerauerimus. neque enim ut apud nos bona dea est, quae homines miseros consolatur, sed κενὴ ἐλπίς (Hes Op. 498) et ἀναιδὴς (Pind. Nem 11, 45) nominatur. omnibus notus est Soph. Ai. 477

οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν,
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.

cf.. Stobaei Floril. 110 et 111, imprimis 110, 14

ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν et L. Schmidt, *Ethik der alten Griechen* II, 69. piscatores igitur fame sitique speque uesci optime per iocum dici potest. praeterea quomodo *speque* in textum irrepsisse demonstrabunt ei, qui delendum esse illud uocabulum censent? accedit quod adulescentis uocem nullo alio loco Plautino uersus finem obtinere uidimus: ibi si traditum esset, facile pateremur, sed codicibus inuitis in uersus clausula poni omnino non debet. eandem ob causam Schoelli coniectura improbanda est, praeterquam quod *alquque* ut addamus nulla causa satis graui commouemur et Schoellius nihilo minus quin lacunam statuat facere non potest. deesse aliquid in codicibus etiam alii putabant, cum uersuum *Vt piscatorem* et *Ec quem* initia a margine remota sint. sed etiam uersuum *Nullum* et *ec quem* initia remota sunt, quos prorsus integros esse nemo negabit. quam ob rem *semihomines,* quod post *qui tres* nonnullos ex ueteribus libris tradidisse Lambinus adnotauit, utrum, quod Schoellio (praef. XXIII) uidebatur, ineptum sit et interpolationi debeatur, an, ut alii putant, uestigium sit solum uerae lectionis, unde *secum homines* Mitscherlichius coniecit, nunc quidem difficillimum est diiudicatu. Mitscherlichii coniecturam etiam Goetz et Schoell in edit. min. et Leo receperunt. sed Schoellium (praef XXIII) recte iudicasse, *semihomines* re uera esse

interpolatum infra uidebimus, si qualis fuerit illius interpolationis origo demonstrauerimus.

Vidistis ut tam longe ab obiecto absit, mea quidem sententia fieri non potest, sed Kampmanno assensus ante *qui tres* ponendum esse censeo, unde uersus exsistit optimus:

uidistis qui tres duceret chlamydatos cum machaeris.

Vidistis, non *uidisti* scribendum esse ex piscatorum *scimus* cognoscitur. sed quid illud *seni* sibi uellet, quod BCD[1] praebent, nemo adhuc recte demonstrauit; *semihomines* illud peperisse *seni* non sine ueritatis specie Schoellius l. l. contendit, sed haec interpolatio quomodo orta sit, uir ille doctissimus non demonstrat. omnia spero clara fore si scripserimus:

ut piscatorem aequomst fame sitique speque. TR: Ecquem huc dum hic astatis strenua facie rubicundum fortem uidistis qui tres duceret chlamydatos cum machaeris?

Adulescentem enim glossema esse suspicor, item *senē (seni)* in margine codicis archetypi adscriptum, unde per errorem librarii in textum uenisse. addi haec glossemata facile potuerunt, ut, quis esset ille rubicundus, statim cognosceretur — saepe enim Plesidippus *adulescens* nominatur in scaenarum titulis, cf u. 89, 839, 1265 — et quis alter esset u. 316 *Ecquem (senem).* huius glossematis uestigium est *seni,* quod superiori uersui adnexum nunc post *uidisti* exstat. praeterea etiam ad *tres* glossema additum fuisse *homines* ueri simile est; inde ab eius codicis, quem Lambinus adhibuit, librario in textum receptum est, cum alio glossemate *seni* coniunctum. sed cum *senihomines* uocabulum non exstaret, librarius ille *semihomines* scripsit, quod, etiamsi sensum non praebet, tamen aliquid significat.

Omnia igitur uitia quomodo orta sint, eadem ratione facile demonstratur: glossematis adscriptis, uersibus falso distinctis, uerbis extremis ad aliena deductis*). hiatum

*) Dum plagulas corrigo, Gundermann de Rud 312 agi in Berl. ph. Woch. 17,543 me monuit. certe *falsa* ipsum quoque est glossema. — idem *semihomines* ex *s. homines (s. = scil.* et *semis)* potuisse nasci mihi persuasit.

autem *speque. Ecquem* offensioni non fore puto, cum ne ei quidem, qui hiatum maxime impugnant, ubi alius loqui incipiat, permitti negent (cf Lor Most 567, Mil 302, Klotz Grundzüge p 111. Müller Plautin. Prosodie p 640). *huc* quod praebent codices fortasse teneri potest, cum ad *ecquem . . . . uidistis* facile eundi uocabulum suppleatur.

4. V i r.

Mil 687 *mi uir* blande dici Brix (ad Mil 686) adnotauit et O. Ribbeck (Mus. Rhen. 36, 116) uocatiuum *mi uir* nominauit *traulichere Anrede.* certe uxorem, si a uiro quid petit, blandiri facile intellegemus: sed uocabulis *mi uir* ipsis uim inesse blandientem prorsus negandum est. nam ubicumque exstat, ut significetur maritus, *uir* uocatiue dictum, semper additum est pronomen *mi.* quam rem iam I. Schroeder (De fragmentis Amphitruonis Plautinae diss. Argent. 1879 p 23) singulis locis non enumeratis attulit. sunt autem hi: Amph 502, 710, 716, 812, Cas 586, 588, 974, Mil 687, 691. Haut 622, 1005, 1015, 1048, Phorm 991, 1002, Hec 235, 523. neque tamen hi loci omnes blanditiis pleni sunt, immo nonnulli conuiciis: Amph 812 *cur istuc, mi uir, ex te audio?* Cas 974 *quid agis dismarite, mi uir, unde hoc ornatu aduenis?* Haut 1005 *idque adeo miror, quomodo tam ineptum quicquam tibi uenire in mentem, mi uir, potuerit.* quae cum ita sint, ne hoc quidem loco (Mil 687) *mi uir* maiore cum ui dici apparet. sed nunc, qua de causa *mi* semper addatur, quod casu factum esse non potest, accuratius perquiramus.

Ac primum quidem tenendum est praeter uim illam mariti aliam quoque huic uocabulo inesse: significat enim hominem sexus masculini feminis oppositum. satis dilucide haec uis discernitur: Amph 814, Asin 236, 237, 805, Cas 47, 586, Cist 43, 66, 86, 375, 376, Curc 57, Men 660, Merc 536[b], Mil 338, 1392, Poen 1204, 1318, Rud 105 (bis), 1115, Truc 134, 237, 810, 811, 813.

Andr 460, Eun 578, Phorm 792, Ad 657.

Com p 5 Caec 85.

Trag p 110 Pac 269, p 139 Acc 27, p 221 Acc 656, p 266 Inc 210.

Cato 68,5. CIL I 196,7, 196,10, 196,12, 196,19, 196, 21.

Saepe si uiri quasi ordo feminis opponuntur aut de uiris agitur uxorum ratione habita, utra uis, mariti an maris, uocabulo insit, difficillimum est diiudicatu. sed eiusmodi locis si accuratius inquisiuerimus, semper fere marem significari elucet; e. gr. Men 766 *ita istaec solent, quae uiros subseruire sibi postulant, dote fretae, feroces.* Men 796 *seruirin tibi postulas uiros?* huc spectare uidentur:

Aul 169, 535, 536, Cas 191, 484, 678, Cist 42, Epid 235, Men 602, 666, 766, 796, Merc 701, 702, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 817, Poen 35, Stich 132, 136, 140.

And 571, Haut 392, Phorm 297, 790, Hec 202, 267, 274, 491, 663, 789; similes sunt Men 788, 798.

Vsurpatur porro uiri uocabulum, si ad ingenium uel animum, quali esse uiros decet, per emphasin spectat. Amph 210, 220, 233 dicitur pro militibus fortibus; similiter Mil 1273 *Vt tremit atque extimuit, postquam te aspexit. Pyr: Viri quoque armati idem istuc faciunt,* ubi uiri etiam mulieribus opponuntur. etiam Amph 306, Poen 224 uir idem ac fortis homo esse uidetur. imprimis afferendi sunt:

Eun 154: *eu noster, laudo, tandem perdoluit: uir es.*

Eun 785: *sane quod tibi nunc uir uideatur esse hic, nebulo magnust.*

Phorm 139 *em istuc uirist officium.*

Stich 297 *hau placet neque id uiri officium arbitror.*

Ad 564 *laudo Ctesipho, patrissas: abi uirum te iudico.*

Quam ob rem falso Spengel ad Andr 295 et 718 adnotauit *uir, wie im Deutschen 'Mann' für 'Gatte'*; nam Pamphilum Glycerio tamquam maritum dare Chrysis non potuit; sed uir nihil aliud significat nisi *homo fortis, tutor;* cf Phorm 324 *o uir fortis atque amicus.*

Saepe *uir* cum adiectiuis laudem tribuentibus coniungitur:

Amph 77, 204, 212, Asin 351, 557, 565, 681, Capt 279, Cist 232, Merc 318, 694, Mil 9, 1382, Most 412, Pers 567, Pseud 167, 174, 227, 1293, Rud 1073, Stich 490, 492.

Andr 445, Phorm 324, Ad 464, 705, 983.

CIL I 30, 32. et per ironiam Pers 418, Truc 945; similiter: *qui uir* Eun 66, 307, 799, Ad 723, Phorm 367, *talis uir* Capt 955, Mil 1321; sed etiam cum adiectiuis reprehendentibus coniungitur, ubi uir tamquam per iocum usurpatur:

Bacch 620, Men 582, 973, Pseud 1128, 1225, 1285, 1293, Rud 40, 158, 1058, 1059, 1112, Stich 13, Trin 281, Truc 644. mirum est, quod apud Terentium talis locutio non inuenitur.

cf *imi subselli uiros* Capt 471, Stich 489, *uir minumi preti* Cas 594, Trin 925, *eius modi uir* Rud 127; quid significetur incertum est Bacch 18; cf quae adnotarit Goetz in appar. critico.

Saepe ironice dicitur *bonus uir* et *uir bonus* sine ullo significationis discrimine*):

Capt 954, Cas 725, Curc 610, Pers 788, Poen 1332, Pseud 1145.

Andr 616, 846, Eun 660, 850, 918, Ad 476, 556, 557. sed etiam uim ueram nonnunquam habet:

Capt 956, Pseud 1128, 1144.

Andr 915, Phorm 638, Ad 691.

Etiam Curc 708: *quando uir bonu's, responde, quod rogo* sane ingennam uim *uir bonus* habet, sed tota sententia per ironiam dicta est.

cf Brix Capt 954, Dziatzko Ad 476, Spengel Andr 616, 915.

Eandem uim ironicam *uir* saepe habet, si pro demonstratiuo pronomine adhibetur:

---

*) cf Leo, Götting. gel. Anz. 1896, XI p 862.

Amph 1000, Capt 598, Cas 437, 470, 509, Men 905, 988, Pers 84, 481.

Andr 436, Haut 366, 619.

Eodem modo etiam Men 611 *perge in uirum* interpretandum esse uidetur.

cf Spengel Andr 436.

et genetiuus cum uocibus contumeliosis coniunctus:

Curc 614, Mil 1434, Poen 856, 1310, Truc 621, *'locutio in uulgari hominum sermone admodum frequens'* (Vssing Asin 470). cf Brix Men 489, Lorenz Mil 1434.

Etiam cum adiectiuis, quibus nec laudatur nec uituperatur, *uir* coniungitur, sed semper, ni fallor, uis inest ridicula quaedam:

Most 356, Pseud 296, 1040, Truc 782.

postremo uocabulum uiri numero addito ad collegia significanda usurpari adnotandum est:

Amph 155, Asin 131, Aul 416, Pers 72.

Omnibus autem his significationibus tamquam fundamentum esse maris uim facile apparet. itaque si quae mulier significatura maritum dixisset uirum neque hunc intellegi aliis de causis eluceret, utra uis inesset, dubium fuisset; eam ob causam pronomen possessiuum uel alius modi attributum addi oportuit:

Amph 134, 638, 647, 660, 712, 771, 813, 859, 883, Asin 851, 856, 878, 920, Bacch 851, 211, Cas 353, 531, 537, 543, 559, 658, 817, 918, Cist 36, 592, 753, Men 704, 723, 773, 783, Merc 688, 711, 713, Mil 1276, Stich 3, 15, 29, 98, 268, 284, 371, 372, 393, 677.

Phorm 795, 941 1053, Hec 516, 524.

Ubi attributum deest, rationes inuenire possumus has:

1. si maritus de se ipse ad uxorem uersus quasi de alio loquitur: Amph 677 756, Cas 252, 1000, Men 111, 122. sed cf Merc 713 *iubet saluere suos uir uxorem suam.*

2. in canticis:

Amph 641, Cas 146, 167, 189, 200, 201, 202, 213, 820, 822, Men 765, Stich 8.

3. si ex totius sententiae conexu uirum idem significare ac maritum satis dilucide cognoscitur:

Bacch 852, Cas 58, Cist 175, Men 560, Mil 1277, Stich 99, 148, 283, Hec 166.

4. nonnunquam fortasse propter odium uiri factum est:

Merc 667 Phorm 787, Cas 678.

Sunt igitur satis multi loci, qui huic legi repugnant; sed hoc sane affirmari potest plerumque operam dari, ut quam clarissime utrum significetur exprimatur. quod necesse fuisse ex nonnullis locis cognoscimus, quibus per iocum alius maritum, marem alius significari putant:

Amph 814. *Am: Vir ego tuos sim? ne me appella, falsa, falso nomine. Sos: Haeret haec res siquidem haec iam mulier factast ex uiro.*

Stich 342. *Ecquem conuenisti? Pi: Multos. Pan: At uirum? Pi: Equidem plurumos.*

cf etiam Cist 42.

Quae cum ita sint, quin uis primaria hominis masculini uel maris sit et antiquissimis temporibus nisi attributo addito maritus significari omnino non potuerit, dubitari non potest. bene conuenit, quod etiam *virá* sanscriticum marem tantummodo, non maritum significat (cf Delbrück, Indog. Verwandtsch. p 425). itaque hanc ob causam semper *mi uir* dici ueri est simillimum, quod uiri uocabulo ipsi antiquitus propinquitatis uis non inerat.

5. Vxor — coniunx.

Ad Adelph 973 Carolus Dziatzko addidit: *uxorem meam nicht coniugem meam, da Sclaven nur im contubernium (nicht conubium) leben, keine eigentliche Ehe führen konnten.* neque tamen prorsus recte iudicauit uir doctissimus, quamquam quin res ipsa quam affert uera sit, dubitari non potest. nam qui adnotationem illam legerit, eum putare oportet Terentium, ubi de uero conubio agatur, coniugis uoce uti. hoc uero uocabulum uxorem significans neque apud Plautum neque apud Terentium inuenitur, sed semper **usurpatur *uxor***:

Amph 103 195, 47,6, 508, 516, 522, 528, 529, 616, 654, 676 727, 898, 932, 793, 1015, 1045, 1049, 1084, 1086, 1090, 1091, 1098, 1106, 1120, 1141, 1145, fragm X p 117, Asin 19, 21, 42, 60, 85, 95, 96, 365, 743, 811, 813, 815, 857, 859, 884, 886, 893, 894, 903, 905, 926 (bis), 927, 928, 933, 934, 937, 942, Bacch 917, 961, 1009, 1096, Cas 54, 58, 80, 96, 109, 227, 229 249, 277, 279, 289, 295, 304, 318, 319, 329, 340, 359, 364, 387 (bis), 409, 412, 419, 451, 468, 480, 481, 483, 485, 497, 519, 539, 542, 551, 553, 574, 582, 592, 597, 600 (bis), 610, 614 (bis), 696, 705, 780, 787, 829, 835, 939, 944, 949, 969, 979 (bis), 1000, 1003, 1008, 1016, Cist 176, 604 (bis), 611, 613, 780, Curc 674, Epid 174, 267, Men 125, 126, 127, 130, 151, 152, 161, 189, 191, 205, 318, 393, 394, 398, 399, 421, 429, 481, 507, 509, 519, 532, 601, 606, 615, 626, 637, 638, 655, 666, 668, 679, 688, 691, 740, 769, 907, 936, 963, 1138, 1160, Merc 239, 241, 244, 275, 279, 410, 538, 545, 556, 586, 705, 713, 760, 763, 765, 766, 789, 796, 800 (bis), 807, 808, 809, 811, 812, 813 859, 965, 1003, Mil 673, 680, 685, 689, 700, 793, 796, 800, 908, 932, 969, 1402, Most 281, 692, 699, 703, 1027, Rud 895, 904, 1046, 1203, 1205, Stich 108, 140, 203, 515, 525, 534, 536, 609 664, Trin 40, 51, 55, 111, 375 (bis), 378, 800, 1157, 1186, Truc 392, 847, Frgm p 155,116†.

Andr 146, 172, 216, 242, 273, 395, 423, 446 (bis), 520, 528, 581, 891, 949, Haut 98, 104, 604, 622, 703, 774 854, 879, 948, Phorm 115, 169, 244, 425, 585, 665, 680, 681, 691, 719, 744, 746, 754, 776, 797, 860, 872, 936, 941, 959, 1010, 1041, Hec 167, 174, 299, 302, 320 341, 366, 501, 514, 522, 558, 577, 602, 607, 614, 632, 644, 654, 667, 678, 695, 698, 709, 745, 774, 779, 781, 819, 862, Ad 30, 32, 44, 699, 700, 759, 904, 929, **973**.

Com p 59 Caec 143, p 62 Caec 158, [p 81 Caec 289], p 114 Inc 15, p 138 Tit 38, p 139 Tit 41,p 144 Tit 70, p 177 Afr 99, p 192 Afr 222, p 195 Afr 241, p 212 Afr 376, p 230 Pomp 31, p 238 Pomp 82, p 240 Pom 99, p 268 Nou 86.

Trag p 41 Enn 196.

Naeu BP 4, Luc 208, 374, 375, 500. Cat 28,3, 68,7.

CIL I 203,2†, 209†, 641, 819, 1008, 1016, 1026, 1045, 1046, 1072, 1090, 1211, 1223, 1228, 1276, 1298, 1303, 1433, 1458, 1473.

Praeterea semper dicitur *uxorem poscere, ducere, dare,* nunquam *coniugem.*

uxorem poscere:

Aul 32, 34, 219, Cas 52, 56, 69, 993, Trin 450.

uxorem ducere

Aul 149, 162, 170, 480, Cas 69, 107, 322, Cist 99, 103, 174, 177, 485, 498, 530, 611, 616, Epid 170, Mil 680, 1008, 1118, 1239, Poen 1220, Trin 375, 444, 1186, 1188, Truc 866.

Andr 155, 254, 321, 372, 383, 418, 781, 898, 971, Haut 999, 1056, Eun 888, Phorm 39, 231, 298, 651, 693, 700, 1005, Hec 62, 116, 146, 241, 294, 686, 744, 752, Ad 46, 151, 334, 473, 696, 811, 867.

Com p 15 Naeu 53, p 85 Turp 3.

Trag p 30 Enn 120, p 259 Inc 162.

Luc 500.

uxorem dare:

Aul 793, Capt 889, Cas 288, 365, 656, 677, 831, Cist 195, 499, 672, Men 61, Most 758, 1027, Rud 1213, Trin 1162, Truc 841.

Andr 101, 177, 191, 238, 352, 353, 376, 452, 560, 657, Haut 847, Phorm 658, 907, 924.

Quae cum ita sint, non ea qua Dziatzko arbitratur causa commotum Terentium *Phrygiam ut uxorem meam* dixisse manifestum est, sed quod coniugis uocabulum a comicorum sermone prorsus alienum erat. hoc uero est quod miremur seruum dicere *uxorem meam,* quamquam seruos matrimonium non habuisse constat. sed si interpretamur Phrygiam ut una mecum uideam liberam, ut uxor mea fiat, i. e. uxorem meam idci per prolepsin — iam nulla erit difficultas.

Exstat autem coniugis uocabulum uirum uel maritum significans apud Plautum Amph 475 omnibus quos habemus codicibus traditum: *Redigat antiquam in concordiam coniugis (coniuges* per mendum librarii codex D).

Quem uersum, ut legibus metricis satisfaceret, alius aliter correxit, de quibus cf Goetzii apparatum criticum. certe de hoc uersu agere non possumus, nisi ad totam scaenam respicimus. nam cum Mercurii secum loquentis uerba inter se repugnare rati Langen u 476—495, Ussing 479—495*) in suspicionem uocarint, facile ut uersum quoque 475 interpolatum esse quis putet, fieri potest. neque tamen huius scaenae, quae est 36 uersuum, 20 uel 17 uersus i. e. dimidia ferme pars nisi summa cum audacia deleri possunt. ac primum quidem quod alter *mense septumo* nasci dicitur, non est quod miremur; nam hac ipsa nocte, quae est ante partum, Herculem conceptum esse ueri simile non est, cum Iouem mulierem postero die parituram ipsum quoque grauidam fecisse cogitari uix possit. praeterea etiam uersibus 107 q. s: *is amare occepit Alcumenam clam uirum usuramque eius corporis cepit sibi: et grauidam fecit is eam compressu suo* iam ante septem menses Alcumenam concepisse demonstrari uidetur, quod dicitur *fecit*, non *facit*. neque obstant uersus 112 *et meus pater nunc intus cum illa cubat* neque u. 114: *dum cum illa, quacum uolt, uoluptatem capit* neque u. 132 *cubat complexus* neque u. 290. *qui complexus cum Alcumena cubat amans animo obsequens* neque 465 *patri ut liceret tuto illam amplexarier*, cum his uersibus omnibus non de concubitu agatur, sed de conuiuio; quod clarius etiam intellegitur ex uersibus 802 q. s.

Al: Lauisti. Am: Quid postquam laui?
Al: Accubuisti. So: Euge optume.
Nunc exquire. Am: Ne interpella. perge porro dicere.

*) Falso Goetz et Loewe in ed. mai., Goetz et Schoell in ed. min 479—485 Vssingium suspectasse adnotauerunt.

Al: Cena adpositast: cenauisti mecum: ego accubui simul.
Am: In eodem lecto? Al: In eodem. So: Ei, non placet conuiuium.

neque uersibus qui sequuntur:

Al: Te dormitare aibas: mensa ablatast: cubitum hinc abiimus.
Am: Vbi tu cubuisti? Al: In eodem lecto tecum una in cubiculo.

hac demum nocte Iouem Alcumenam grauidam fecisse demonstrari potest, cum ne his quidem de concubitu, sed de somno tantum agatur. sed quo clarius, quid sibi uelit cubandi et accubandi uox intellegamus, conferendi sunt uersus:

Asin 830 *si haec nunc mecum accubat,* 832 *quia tecum accubat,* 834 *age ergo hoc agitemus conuiuium.* cf 878, 923. Bacch 896 *ut ille cum illa neque cubat neque ambulat neque ausculatur neque illud quod dici ⟨haud⟩ solet,* quo uersu cum uocabulis *illud quod dici ⟨haud⟩ solet* concubitum significari oporteat (cf Pseud 215), cubandi uerbo concubitum non significari facile intellegitur. Men 367 *prandium ut iussisti hic curatumst: ubi libet, ire licet accubitum.* Mil 753 *nam i solent quando accubuere, ubi cena appositast, dicere.* Most 43 *neque superior quam erus accumbere.* Most 308, 309, 326, 341, 343. Pers 767 *accumbe . . . date aquam manibus: apponite mensam.* Stich 487 *uerum hic apud me cenant alieni nouem Ge: Hau postulo equidem me in lecto accumbere,* 493, 569, 750, Trin 473, quibus omnibus de conuiuiis agitur. quae cum ita sint, ne eis quidem locis, quibus cubandi uerbum concubitum significat, ut Curc 57 *neque dum cubitat cum uiris* Cas 339 *ut ego cum Casina cubem,* uera significatio esse uidetur, sed tamquam per euphemismum dici; cf Cas 482 *mea uxor uocabit huc eam ad se in nuptias, ut hic sit secum, se adiuuet, secum cubet.* Cas 484; Curc 76 *anus hic solet cubare custos* Mil 470 *in lecto cubat,* 484, ubi cubare nihil aliud significat nisi nostrum *liegen, schlafen.* ne complectendi quidem aut amplectendi uerbo

hac nocte Alcumenam concepisse demonstrari potest collatis uersibus Poen 1260, 1261, 1294; Rud 1172, 1175, 1203, 1277, neque uersu 131 *pater nunc intus suo animo morem gerit* collato uersu 981 *cum hac usuraria uxore nunc mihi morigero,* quo de concubitu agi certe non potest. itaque hac ipsa nocte Herculem concipi demonstrari non potest. hanc eandem sententiam attulit neque tamen argumentis firmauit Winter (Alkmene und Amphitryon, eine mythische Abhandlung Progr. d. Maria-Magdalena-Gymnasiums zu Breslau 1876 p 35): *Bei Plautus aber ist die dreifache Nacht gar nicht mehr die, in welcher Herakles gezeugt wird, sondern die, die seiner Geburt unmittelbar vorausliegt.* neque uero, cum hac nocte conceptum non esse demonstrauerimus, post Amphitruonem profectum omnino concipi potuit, eis de causis, quas Langen, Plautinische Studien (Berl. Stud. V, 1) 1887 p 235 attulit; certe enim uersibus 686 q. s. de hac re mentionem fieri oportebat, si post illud tempus Iuppiter in Amphitruonis faciem conuersus ad Alcumenam uenisset. atqui Iphiclem ante Herculem conceptum esse intellegitur ex u 484 *uerum minori puero maior est pater,* quocum bene conueniunt u. 500, 670; ergo Herculem post Iphiclem, sed ante profectum Amphitruonem conceptum esse apparet. nam quod Steinhoff (Prolegomena zu Plautus Amphitruo I, Jahresber. Gymnas. Blankenburg 1871/72) disserit p 29: *Daraus* (sc. u. 479 q. s) *folgt, dass Amphitruo mindestens sieben Monate lang von Theben abwesend ist, und dass Zeus unmittelbar nach der Abreise des Gemahls (in dessen Gestalt natürlich) zur Alcumena gekommen ist,* ὅτρα Ἡρακλέα φυτεύσαι, prorsus uana est ratiocinatio. bellum cum Telebois gestum diuturnum non fuisse Amphitruo ipse testis est u. 657 *eos auspicio meo atque ductu primo coetu uicimus;* neque Teleboi tam longe a Thebis aberant, ut Steinhoff ipse l. l. p. 19 demonstrauit. praeterea si hoc modo interpretabimur, recte intellegetur uersus 107 *is amare occepit Alcumenam clam uirum;* ibi cum dicatur *clam uirum,* non *uiro absente,* uirum aftuisse, sed de illa re ab Ioue celatum esse consentaneum est, item

Alcumenam ab Amphitruone se concepisse ratam deceptam esse. ante omnia hoc est tenendum difficillimum fuisse poetae comico narrationem illam a mythographis poetisque epicis traditam ad scaenarum actum componere, cum omnia, quae in scaenis agerentur, in unum diem coartari necesse fuerit. deesse non poterant Amphitruo reuersus, cum uxore litigans, ab Ioue qualis fuisset res eruditus; sed etiam longam noctem, quam apud omnes ferme scriptores maximi momenti fuisse ex Winteri dissertatione s. l. cognoscimus, et Herculem angues enicantem (cf eandem) omittere non potuit. itaque hac nocte, cum conceptum esse Herculem iam antea oporteret, Iouem cum Alcumena conuiuantem finxit. neque contradicit huic sententiae u. 102 *is prius quam hinc abiit ipsemet in exercitum grauidam Alcumenam uxorem fecit suam,* cum iam nonnullis mensibus ante ut grauidam faceret, fieri potuerit. restat autem u. 1137 *tu grauidam item fecisti, quom in exercitum profectus,* ubi, nisi forte *fecisti* pro *feceras* dici putamus, discrepantia statuenda est. quae fortasse ferri potest in fabulae fine, si ut hic ad argumentum tritum poeta rediret fieri potuisse putamus.

Deinde quod Langen (Beitr. 42) u 491 *ut iam dixi* sensu carere putauit uerum non est, sed pertinet illud ad u 476 *nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet.* postremo ne uersus quidem 473, 490, 491 inter se repugnant, cum u 473 *igitur demum omnes scient, quae facta* eodem modo quo u 485 *scitis* ad eos pertineat, qui audiunt, u 490 ei qui celentur, ciues Thebani ceterique praeter familiares sint. uidemus igitur causas a uiris doctis allatas ut hanc scaenam interpolationibus corruptam esse demonstrarent, parum ualere. neque tamen hos uersus omnes ingenuos esse contenderim, cum quibus tale quid demonstretur desint argumenta. nihil ad hanc rem diiudicandam iuuare, quod *coniunx* est ἅπαξ εἰρημένον, suo iure Seyffert (Berl. phil. Woch 16, 13; cf. Jahresber. 63, 76 A) contendit. ceteras quas Havet affert causas nullius esse momenti facile intellegitur; uersuum singularum paginarum in codice

archetypo numerum quomodo tractauit, ab omni ratione abhorret. mea quidem sententia ubi traditum est aliquod ἅπαξ εἰρημένον, nisi causis satis grauibus ut eiciamus commouemur, retinendum, ubi non traditum est, inferendum non est. quod si hunc uersum quomodo scribendum esse censeamus quaerimus, optimum fortasse erit sine ulla correctione uersum retinere *rediget antiquam in concordiam coniugis;* nam hiatus etiam in his uersibus exstat:

471 *complebo atque omnem Amphitruonis familiam*
486 *sed Alcumenae huius honoris gratia*
498 *cum Alcumena uxore usuraria;*

neque enim nostrum est omnes hiatus coniecturis plerumque superuacaneis expellere.

Certe coniugis uocabulum Pacuuii aetate usurpabatur, qui Plauto aetate paulo erat minor; sed apud comicos praeter locum illum Amph 475 nusquam inuenitur nisi Com p 230 Pomp 33 in fabula Atellana; Pomponius autem Sullae demum aetate fuit. eo magis miramur, quod *coniugium* iam apud Terentium exstat Andr 561 ipsum quoque ἅπαξ εἰρημένον.

Nunc quae coniugis uocabuli apud ceteros illius aetatis scriptores condicio ac uis sit, accuratius perquirere iuuabit. exstat enim a) uirum significans Trag p 103 Pac 216, p 113 Pac 289, p 241 Acc 38, p 261 Inc 174, CIL I 1053, 1220, 1242, 1479 b) uxorem significans Trag p 162 Acc 205, p 163 Acc 213, p 203 Acc 519, CIL I 1011, 1064, 1413, Luc 477. quos locos singulos tractemus: Trag p 103 Pac 216 *pacici superstitiosae cum uecordi coniuge;* cf Ribb. Röm. Trag. 237: *von Cassandra, der prophetischen Buhlin Apollos.* Trag 113 Pac 289 *regnum potior, coniugem macto inferis,* cf Ribb. p 307 *den ihr aufgedrungenen Gatten aus dem Wege räumen.* p 241 Acc 38 *ut quae tum absentem rebus dubiis coniugem tetinerit, nunc prodat ultorem;* secundum Ribb. p 462 significatur Agamemno coniunx Clytaemnestrae. p 261 Inc 174 *coniugem illum, amor quem dederat;* secundum Ribb. p 324 fragmentum est Medeae ab Iasone desertae.

Trag p 162 Acc 205 *qui non sat habuit coniugem inlexe in stuprum* cf Ribb p 450 *erinnert Atreus an die unverzeihlichen Frevelthaten, die Buhlschaft mit Aerope,* quae Atrei uxor erat. Trag p 163 Acc 213 *qua in re adiutricem coniugem cepit sibi* (sc *meam*); coniunx eadem est Aerope. Trag p 203 Acc 519 *cesso hinc ire et lauere luctu uestem in leto coniugis* cf Ribb p 458; eandem Aeropen esse ueri est simillimum.

Ex tragoedia quadam sumpta aut, ut tragoediae genus dicendi imitaretur, a Lucilio scripta esse uerba Luc 477 *coniugem infidam atque † placitam familiam, impuram domum* Lucianus Müller coniecit in Edit. Lucil. Append.

Omnibus his locis tragicis uocabulo coniugis uis quaedam inest, qua uirum uel uxorem non amatos sed odiosos esse ostenditur. Trag 103 Pac 216 coniunx idem ferme est ac moechus. quae uis odii fastidiique plena utrum coniugis uocabulo pristinis temporibus re uera fuerit, an, quod fabularum argumentis factum esse potest, casu inferatur per sententiarum contextum, diiudicari uix potest, praesertim cum *uxor* praeter *uxorem ducere* semel tantummodo exstet Trag p 41 Enn 196: *pro malefactis Helena redeat, uirgo pereat innocens? tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.* hoc loco quamquam de Helena uxore infida Menelai agatur, tamen uxoris uocabulum usurpari fortasse quispiam dicet; sed cum Menelaus, ut hanc uxorem recuperaret, summo studio egerit, Agamemnonem, si uoce usus esset contumeliosa, nimis offensurum fuisse apparet. hac igitur ratione inesse uim illam coniugis uocabulo aliqua ex parte probatur.

Restat, ut inscriptiones accuratius consideremus, quae omnes sunt titulorum aetatis minus certae, ut huicine quam nos tractamus aetati sint tribuendae non satis constet. CIL I 1053 *C. Fidustio C. l. sibei et Diacono coniugi.* 1220 *Heluia prima fui, coniuge sum Cadmo fructa Scratcio.* 1242 *Rufa Dianaes l. sibi et coniuci suo fecit.* 1479 *Plotia l. et Fufia l. Prune uocitatast ancilla. heic sitast*

⟨quae⟩ qualis fuerit contra patron⟨um patro⟩nam parentem coniugem mo⟨numen⟩tum indicat. CIL I 1064 *T. Attius ↄ. l. Auctus coniugi;* addidit Mommsen: *Aucti coniunx, Corymbi patrona Montana fuit, cuius fortasse fuit patronus Pharnaces.* 1011 *haec quae me fato praecessit corpore casto coniunx una meo praedita amans animo fido fida uiro uixsit;* deinde *uir conlibertus fuit.* 1413 *Audiae Hyciae Q. T. P. Pos. coiuci carisume et Nomadi soro;* certe *pos* pro *posuit* scriptum est; sed quid sibi uelit *Q. T. P.* nemo adhuc cognouit (cf Huebneri Ind. ad CIL I.)

Harum inscriptionum quae septem sunt numero certe in quinque de libertis agitur. CIL I 1220 Cadmus Scrateius liber an libertus sit, ex inscriptione ipsa discerni nequit; sed hominem liberum Romanum ab initio non fuisse nomine Graeco satis probatur. etiam nomina tituli postremo loco citati peregrina sunt neque quin hic quoque de libertis agi putemus impedimur. mirum igitur est nullum titulum inueniri, quo *coniunx* ad liberos homines significandos usurpatur, sed ubique, si de his agitur, uiri aut uxoris uocabula adhiberi. (sed etiam libertus *uir* nominari potest, ut supra CIL I 1011, et liberta *uxor* CIL I 1008, 1026, 1045, 1072, 1211, 1298.) quae cum ita sint, etiam ex titulis concludi potest coniugis uocem minus honestam fuisse quam uiri et uxoris. hoc tamen considerandum est saepe fieri ut homines infimo loco nati, si quid scribere necesse est, tumido et inflato sermone utantur, tragoediarum simili; neque uero hanc causam ad rem illam declarandam imprimis in titulis orationis solutae sufficere facile intellegemus. atqui *coniugium* significans iustum matrimonium iam apud Terentium exstare uidimus et forma ipsa *coniunx, coniugis* uocabulum tam antiquum esse demonstratur, ut ad Graecum σύζυγος vel σύζυξ uertendum formatum esse putare non possimus. quomodo haec res satis mira explicari possit, equidem haud scio, sed rem ipsam statuisse nunc satis habeo.

II. De nonnullis locis.

1. Haut 628.

In codice A scriptum uidemus:

A. Scio quid feceris
Sustulisti. Θ *sic est factum B. domina ergo erus damno*
auctus e(st)
Θ *minime q. s.*

A nota Chremetis, Θ Sostratae, *B* Syri personam significant. ceteri codices etiam *sic est factum* Syro attribuunt; hos omnes quos noui editores secuti sunt praeter Reinholdum Klotz; quem, ut codicis A lectionem teneret, ea causa commotum esse suspicor, quod — eodem errore Bentleius captus erat — Sostratam re uera puellam sustulisse putabat. sed hanc ratiocinationem falsam esse ex uocabuli tollendi ui et usu efficitur; conferamus Cist 123 *nam illanc ego olim, quae hinc flens abiit, paruolam puellam proiectam ex angiportu sustuli.* Cist 166 *dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem. is eam proiecit, haec puellam sustulit.* Cist 186 *si possiet meretricem illam inuenire, quam olim tollere, quom ipse exponebat, ex insidiis uiderat.* Cist 618 *eam postquam peperit, iussit paruam proici. ego eam proiecci, alia mulier sustulit.* Men 33 *puer inter homines aberrauit a patre. Epidamniensis quidam ibi mercator fuit. is puerum tollit.* Truc 399 *si quod peperissem, non necarem, at tollerem.* Andr 219 *quidquid peperisset, decreuerunt tollere.*

Talis igitur usus est dicendi: Chremes puellam non tolli, sed necari uoluit (cf u 635 *si meum imperium exsequi uoluisses, interemptam oportuit, non simulare mortem uerbis, re ipsa spem uitae dare).* Sostrata cum ipsa filiam necare nollet, Corinthiae anui proiciendam uel exponendam ad necem dedit; anus misericordia

commota puellam sustulit et educauit. Sostrata uero filiam proiectam esse putabat (cf u 661 *Chr: Quid renuntiauit olim? So: Fecisse id quod iusseram);* seruatam esse filiam ipsa ignorauit. itaque, quod Chremes recte dicit, spem uitae dedit, sed ipsam sustulisse dici omnino non potest. quam ob rem *sic est factum* Sostratae attribuendum non esse facile apparebit. sed Chremes *scio quid feceris, sustulisti* et Syrus ero assensus *sic est factum* dicere poterant Sostratam ipsam filiam sustulisse et clam educandam curasse suspicati. Syro igitur illa uerba attribuamus necesse est.

De ceteris Syri uerbis editores falso iudicauerunt, quippe qui, uera tollendi uis quae esset, non intellegerent. exstat enim, ut iam diximus in codice A:

DOMINAERGOERVSDAMNOAVCTVSE(ST)

litteram *R* induxit corrector recens, cui auctoritatem esse nullam Umpfenbach (edit praef p XI.) demonstrauit. ceteri codices omnes *ergo* praebent nisi *ego* C.

Bentleius uero codicum lectionem aspernatus nimia cum licentia *minor ergo erus* coniecit. fieri enim non posse putauit, ut Sostrata Chremetem damno esse auctum negaret. neque id filiam se non sustulisse contendere eam posse. hoc falsum esse, Sostratam re uera non sustulisse iam supra uidimus. damno uero erum auctum esse, ut Bentleius recte cognouit, Sostrata negare non potuit; sed mea quidem sententia hoc omnino non negat. nam Syrus a uersu 625 uerbis summissis secum loquitur, ceterique quid dicat non audire uidentur; cf u 659, 663. Sostrata igitur non Syro, sed Chremeti respondet *minime*, et re uera eam non sustulisse iterum atque iterum affirmauimus. quam ob rem Bentlei criminationes falsae sunt; neque quod idem Clitiphonem significari ratus *minor ergo erus* scribendum esse coniecit, recte iudicasse uidetur. nititur enim Eugraphii adnotatione: *ERGO HERUS DAMNO AVCTUS. noue positum AUCTUS DAMNO, quod ei coheres puella uenerit, quam dedit exponendam.* uocabulo *ei* Clitiphonem ab Eugraphio significari ueri simile est; sed his uerbis hoc tantum intellegi potest, quomodo Eugraphius codicum uerba interpretatus sit. nam *erus* non solum senex, sed etiam erilis filius nominatur:

Asin 256, 280, 619, 641, 646, 672, 683, 714, Bacch 212, 415, 645, 663, 668, Capt 36, 41, 404, 413, 685, 707, 1005, Epid 126, 345, Merc 134, 822, Pseud 4, 230, 493, 1283, Andr 208, Eun 57, Phorm 471, 842, Hec 430, 799, 873, Ad 211. imprimis ex Phormionis et Pseudoli uersibus hoc intellegi potest collatis Phorm 247, 248, 286, 359, 372, 623, 634, 860, Pseud 410, 455, 461, 691, 1028 cum uersibus supra laudatis.*) quam ob rem Engraphium nostrorum codicum lectionem ipsum quoque habuisse negari nullo modo potest. Bentlei autem coniecturam, quam Wagner recepit, improbandam esse perspicuum est.

Neque melior est Acidalii coniectura *domina ego, erus damno auctus est,* quam receperunt Umpfenbach et Dziatzko. nam quod Syrum domina se esse auctum dicere putat, nimis arcessitum uidetur. quod si traditum esset, codicum ratione habita fortasse teneremus, sed parum eleganter dictum esse adnotaremus. nunc, cum codicum lectio sensum praebeat optimum, talis coniectura codicibus et Eugraphio inuitis condita certe superuacanea est. optime enim teneri potest:

Chr: Scio quid feceris,
Sustulisti. Syr: Sic est factum, domina. ergo erus damno auctus est.
So: Minime.

Nam Syrus etiamsi uoce summissa secum loquitur, tamen dominam tamquam per apostrophen appellare potest. hoc ut scribamus etiam Eugraphii auctoritate commouemur, quem in

*) Falsa igitur Spengelii adnotatio est Andr 208 *'erus ist der erus minor, Pamphilus, welchen Davos insbesondere als seinen Herrn betrachtet'*, cum usus dicendi sit uulgaris.

lemmate ab *ergo* ordiri supra uidimus. quid *minime,* quod Sostrata dicit, sibi uellet, iam demonstrauimus. quod ad Eugraphii adnotationem pertinet, ideo noue *auctus damno* positum esse adnotauit, quod *auctus liberis* Truc 384, 516, *auctus liberta* Pers 484 uel tale quid dici solet, hic autem *damno auctus* per iocum dictum est, quo filiam inuentam propter dotem (cf Dziatzko ad Phorm 647) damnum esse uel patri uel Clitiphoni significetur. Clitiphonem ut Eugraphius significari putaret, facile fieri potuit. Terentium uero utrum intellegi uoluerit, nunquam quisquam diiudicare poterit.

2. Haut 1060—1066.

Chremes pater Clitiphoni filio omnia quae ille uellet facturum se esse pollicito, ut uxorem duceret, praecepit. Clitipho uero quasi magnum malum deprecaturus nihil nisi *pater* respondet; a matre demum et a Menedemo adductus *faciam* inquit *pater*. tum si codices editionesque sequimur, Sostrata mater *gnate mi* inquit *ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames, filiam Phanocratae nostri*. quam ut ducat fieri omnino non posse Clitipho *non possum pater*. Chremes porro *heia, ut elegans est, credas animum ibi esse*. Sostrata *aliam dabo* dicere pergit. sed Clitipho, quando quidem uxor sit ducenda, Archonidi filiam se ducturum esse parentibus comprobantibus declarat.

Mirum hoc loco mihi uidetur:

primum, quod mater filio uxorem se dare dicit; nam ceteris eiusmodi locis patres semper uxorem filio dant; cf Andr 102, Phorm 925, Hec 124, Ad 735, Cist 498, Most 758, 1027. contra hanc sententiam Hec 240 q. s. afferre non licet: nam hoc loco Laches ira impulsus iniuste uxorem obiurgat; sed qualis res fuerit, a Parmenone in neutri fauorem inclinato certiores facti sumus Hec 116 q s, 120, 123.

deinde, quod, mater quae dixerat, aspernatus Clitipho dicit *non possum pater*. mater potius appellanda erat aut

patrem illa uerba *gnate mi, ego pol tibi dabo* q. s. dixisse putemus necesse est.

tertium, quod Chremes etiam tum ira incensus *heia ut elegans est* q. s. iocatur. Menedemum, ut est animi humani (cf u. 1046, 1049), talia dicere magis fuit consentaneum.

Quibus de causis personarum notae confusae esse uidentur, quod facile potuit fieri, cum notas antiquissimis temporibus omnino non esse additas constet, deinde, cum adderentur, quod iam in archetypo nostrorum codicum factum esse Dziatzko (cf edit. Ter. praef p XV.) suo iure contendit, alius ferme librarius aut si idem at tota comoedia iam confecta litteris rubris personas distingueret. tollitur codicum inanitas prauitasque hac coniectura satis leni:

Cl: Faciam, pater.
Chr: Gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratae nostri. Cl: Rufamne illam uirginem.
Caesiam, sparso ore, adunco naso? Non possum pater.
Men: Heia ut elegans est! credas animum ibi esse. Chr: aliam dabo.
Cl: Immo q. s.

Restat alia quaestio: quem u. 1065 *nunc laudo gnate* dicere putamus? propter *gnate* illud nemo nisi pater aut mater dicere potest. atqui codices BCDEFP, id est, cum codex G hunc locum non praebeat (cf Umpfenbach ad u. 1048), omnes codices recensionis Calliopianae Sostratam laudantem tradunt, quos secuti sunt Bentleius et Wagner; Umpfenbach uero et Dziatzko ex codice A Chremetem dicentem receperunt. deinde postquam Clitipho quam mulierem ducturus esset nominauit, Sostrata, si credimus recensioni Calliopianae, *satis placet* dicere pergit. huius personam omnes quos noui editores ante *satis placet* (uel *perplacet;* nihil ad rem) posuerunt. quid praebeat codex A, non satis constat; Umpfen-

bach ante *satis* scriptum fuisse *A* arbitratur, quae nota Chremetis personam significat. mea quidem sententia patrem muliere illa nondum nominata filium laudare uerisimile non est; matrem uero, ut est fautrix filii (cf u 991), laudare potius crediderim et uel ea re gaudere, quod Clitipho ipse uxorem sibi delecturus est. ex uocabulo *nunc*, pater an mater dicat, effici non potest, quod et pater et mater antea uituperauerant. patrem deinde *satis placet* dicere consentaneum est eisque uerbis consilium filii comprobare; nam patri potissimum eam, quam Clitipho uxorem ducturum se esse declarauit placere oportebat. personarum uero notas quin mutemus, eo minus impedimur, quod codices inter se dissentientes tamquam sua ipsi uulnera nobis ostendunt. scribendum igitur erit:

Cl: Immo, quandoquidem ducendast, egomet habeo propemodum
Quam uolo. So: Nunc laudo, gnate. Cl: Archonidi huius filiam.
Chr: Satis placet. Cl: Pater q. s.

Versibus 1056—1059 Umpfenbach recte personas distinxisse uidetur. nam *ad me recipio* Menedemus dicere non potest, quippe qui Clitiphonis nullam habeat potestatem, neque ob eandem causam *faciet omnia*. sed illa *haec dum incipias, grauia sunt, dumque ignores; ubi cognoris, facilia* mulierem dicere non decet, nedum matronam. u. 1057 cod A Sostratam *perii, an dubitas Clitipho* dicentem praebet, codices uero recensionis Calliopianae Clitiphoni attribuunt *perii*, Sostratae *an dubitas Clitipho*. illud recepit Umpfenbach, hoc Dziatzko, Wagner, Klotz. mihi *perii* quoque Sostratam dicere praeferendum uidetur. nam postquam Clitipho dixit *perii* eoque uerbo nolle se uxorem ducere declarauit, Sostratae uerba *an dubitas?* sensum habent nullum; sed Clitiphonem re uera etiam dubitare necesse est. idem efficitur ex Chremetis uerbis *immo, utrum uolt*, quibus haec ferme dicturus est: noli tu illum auctoritate tua commouere, sed ipse

eligat, utrum uelit i. e. utrum abdicari et hereditate excludi malit an uxorem ducere. [de *immo* particulae ui et usu cf Stowasser, Wiener Studien XII, 153]. Sostratae autem si attribuimus *perii*, optime omnia conueniunt. nam statim ducturum se esse filium dicere rata, cum hic quid faciat etiamtum dubitet, *perii* bene dicere potest. praeterea, si Clitipho *perii* dixisset, ne illud quidem *faciet omnia* Sostrata dicere potuit. Clitipho autem interea dubitans et secum considerans uersu demum 1059 *faciam pater* patri respondet.

3. Phorm 759 q. s.

In codice Bembino antiquissimo scriptum uidemus:

offendi adueniens
Quocum uolebam et ut uolebam conlocatam amari.
Quod nos ambo opere maximo dabamus operam ut fieret,
Sine nostra cura maxima sua cura solus fecit.

ceteri codices in uersu 759 omnes praebent *collocatam filiam;* eandem lectionem Priscianus sequitur. Eugraphius uero cum in commentario adnotaret *modo inueni filiam cum eo nuptam cum quo esse cupiebam, et eam diligi,* lectionem habuisse uidetur aut codicis A aut huius similem. Calliopianam recensionem secutus Bentleius leni sane coniectura, ut legibus metricis satis fieret, scripsit *filiam locatam*. Umpfenbachius uero et Dziatzko Faerni coniecturam receperunt: *collocatam gnatam*. sed tam aspere dureque Terentium poetam elegantissimum uersum conclusisse nemo mihi persuadebit. praeterea qui fieri potuisse putamus, ut pro gnatae uocabulo satis usitato (cf p 13 q s) librarius scriberet *filiam?* Wagner Bentleio assensus est, quod collocandi uerbum nullo alio loco Terentiano inueniretur. neque tamen locandi uerbum frequens est, sed ut significetur *verheiraten,* semper fere et apud Terentium et apud Plautum usurpatur
aut uxorem dare

Aul 793, Capt 889*), Cas 288, 365, 656, 677, 831†, Cist 499, Curc 672, Rud1213, Trin 1162, Truc 841, — Andr 101, Haut 847, Phorm 658, 907, 924

aut nuptum dare

Aul 27, 271, 384, 604, Cas 254, 770, Cist 42, Pers 383, Stich 136, 140, 142, Trin 713, — Andr 301, Phorm 720, Hec 528, Ad 346

aut dare solum,

Aul 155†, 157, 158, Cas 195, 262, 268, 341, 366, 431, 699, Cist 612, Stich 130, 547, Trin 15, 583, 605, 681, Truc 843. Andr 149, 334, 335, 371, 372, 392, 396, 545**), 592, 774 (bis), 830, Haut 779, 781, 784, 1060, 1063, Phorm 121, 416, 653, 675, 910, 912, 933, Hec 411, Ad 341, 659, 670.

addendi sunt hi loci, quos cum *uxor* non praedicatiue dicatur ut locis supra laudatis sed uerum sit obiectum, a ceteris separari praestat: Cist 195, Men 61, Most 758, 1027, Andr 177, 191, 238, 352, 353, 376, 452, 560, 657.

Praeter haec uocabula satis frequentia ut idem significetur, usurpatur *dare in matrimonium* Trin 691, quo loco *in concubinatum* opponitur. *locare in matrimonium* Trin 781, *nuptum locare* Phorm 752, *locare* Aul 192, 228, Phorm 646, *nuptum collocare* Trin 735, *collocare* Trin 159, Phorm 759, hoc ipso de quo nunc agimus loco omnibus codicibus traditum.

Itaque alterum uerbum altero frequentius esse dici non licet, sed prorsus uana est Wagneri ratiocinatio. nihilo minus si recensionem Calliopianam nos sequi prorsus necesse esset, Bentlei coniectura certe elegantior mihi placeret.

Nunc codicis A lectionem adhuc neglectam uideamus num sequi possimus. quam quantum equidem scio nemo ad textum restituendum adhuc adhibuit: immo Wagner hic codicem A nullo modo adhiberi posse in commentario contendit. Chremes a Sophrona certior factus summo gaudio affectus est; iam de consilio suo paene desperauerat: domum regressus

*) cf Brix ad l. **) cf Wagner ad l.

Antiphonem aliam mulierem duxisse audierat, quam eripere ei se posse uix sperauit; filia noniam inuenta erat et propter res uersibus 740 q. s. narratas difficillime reperiri potuit; qua reperta quam fortiter Antiphonem huic condicioni repugnaturum putabat! tunc necopinato optime omnia euenerant; *offendi aduenienS* inquit *quocum uolebam et ut uolebam collocatam.* certe eam etiam amari a uiro ad sensum optime conuenit. non solum collocata est Antiphoni, sed quod in comoediis quidem raro fit, amore uero sinceroque Antipho cum uxore Chremetis filia coniunctus est. *eueniunt, quae non audeas optare.* neque tamen talis, qualis in codice A exstat, structura recta esse potest. nam *amari* i. e. eam structuram quam 'accusatiuum cum infinitiuo' nominant, ad *offendi* pertinere posse ueri simile non est.

Habemus igitur duas recensiones, quarum neutra ueram lectionem praebet. quod Bentleius *amari* ab homine quodam, ut uersus rectus exsistat, coniectum esse putat, id uerum esse non potest; nam qua de causa *amari* uocabulum, cuius cum reliquo sermone contextus nimis est remotus, cuius structura nimis est abstrusa, homo ille coniecerit, intellegi non potest; certe Bentlei aut Faerni coniecturae multo faciliores erant. neque illud credi potest *amari* ut glossema in textum receptum esse; nam si quis uerba *ut uolebam* explanare uoluisset, certe is non *amari* infinitiuum adnotasset, sed ut est glossematum sermo *amatur enim* uel *amatam* uel tale quid. *filiam* uero per coniecturam scriptum esse facile potest credi. ut codicis A, sic fortasse etiam eorum codicum, quibus recensionis Calliopianae auctor usus est, corrupta fuit lectio; hunc cum Terentium edere studeret eius potissimum rei ratione habita, ut ab omnibus facile intellegeretur, *filiam* coniecisse arbitror, quam quidem coniecturam facile inueniri posse nemo negabit. nos uero eam improbantes, num ex *amari* uera lectio elici possit, uideamus. quod ut impetremus, uersus qui sequuntur (760/61) respiciendi sunt: *Quod nos ambo opere maximo dabamus operam ut fieret,*

Sine nostra cura maxima sua cura solus fecit.
haec lectio est codicis A; corrector autem recentior uocabuli *solus* et *u* et *s* litteris inductis *sola* correxit, auctoritate ni fallor Calliopianae recensionis commotus (cf Umpfenbach praef p XI.). huius enim codices omnes praebent lectionem *haec sola*. utramque lectionem iam nouit Donatus, sed *hic solus* legit, non *solus*. Eugraphium autem, cum explanet *nunc sola haec anus cuncta compleuit* ipsum *haec sola* legisse apparet*), sed Sophronam, etiamsi u 752 dicit *ut potui nuptum uirginem locaui huic adulescenti*, significari non posse, cum illa maximam curam non impenderit, suo iure Dziatzko (Phorm. ed. append. crit. p 135) contendit; sed ne Antipho quidem, quem significari uir ille doctissimus putat, mea quidem sententia intellegi potest, cum ne is quidem summam operam ipse consumpserit. quis autem re uera ut nuptiae fierent, summa ui contenderit — Phormionem puto —, Chremes nondum audiuit, sed quomodo res facta sit, omnino ignorat. neque Chremetem ipsum, si uerba eius *di uestram fidem, quam saepe forte temere q. s.* accuratius considerauerimus, per hominem factum esse putare intellegemus, sed per Fortunam, τύχην, quae quanti apud poetas comicos et Graecos et Romanos fuerit, ex Lorenzi Pseud praef p 20 facile cognoscitur, superiore quadam atque ut ita dicam diuina natura. omnia confestim in aperto erunt, si scribemus:

*Quocum uolebam et ut uolebam collocatam amore***)*
nam amor re uera, quod senes maximo opere ut fieret operam dederant, solus fecit; cf u 756 *quomodo hanc amans habere posset*. huius lectionis uestigium solus codex A seruauit.

*) Eugraphius quod antea codicem A, nunc recensionem Calliopianam sequitur, non est quod miremur; cf Umpfenbach ed praef p XLIV.

**) Libenter scripserim *Amori;* sed datiuum Graecum quem uocant Terenti aetate hoc modo nondum usurpatum esse a Tillmann, de datiuo Graeco (in Actis seminarii Erlangensis ab Ed. Woelfflin editis) cognoui.

recensionis autem Calliopianae auctori, cum qui uerus esset sensus propter uersum 759 falso expletum noniam intellegi posset, noua coniectura opus erat. atque cum illud *maxima sua cura fecit* ad Sophronam pertinere putaret, fortasse etiam uersu 752 nisus, *haec sola* scripsit. pronomen demonstratiuum hoc modo interpretantibus deesse non debuit. quam ob rem ut in archetypo deesset et ab auctore demum huius recensionis adderetur, fieri potuit. sed cum a Donato *hic* scriberetur, in archetypo fuisse, per librarii mendum in codice A excidisse nonnulli putant (cf Dziatzko Phorm. app. crit. p 135). neque tamen hac re quidquam affirmari potest: nam Donato, quippe qui aut Antiphonem aut Sophronam intellegi putaret, ipsi quoque pronomen demonstratiuum addendum erat. nobis autem amorem significari scientibus, cum *hic* neque ad sensum neque ad metrum opus sit, codicis A auctoritatem hic quoque secutis sic scribendum esse uidetur:

offendi adueniens
Quocum uolebam et ut uolebam collocatam amore.
Quod nos ambo opere maximo dabamus operam ut fieret,
Sine nostra cura maxima sua cura solus fecit.

4. Adelph 940.

Summa huius loci difficultas in eo constat, quod Aeschinus, qui primo siluerat et a Demea demum, ut ipse quoque Micionem imploraret, commotus est, tum totius consilii tamquam auctor esse uidetur. hac re nisus et Donati ad u 938 adnotatione Dziatzko (Adelph praef p 4) apud Menandrum Aeschinum nuptiarum auctorem fuisse contendit acriorem quam Demeam; Terentium autem ceteris rebus mutatis leuitate quadam ac neglegentia hunc uersum, qualis fuerit in exemplari Graeco, integrum reliquisse. quam sententiam probabilitate omnino carentem suo iure improbauit Langen (Philol.

Rundsch. 1881 p 1120); sed quae ipse profert, minus etiam probari possunt. hoc potissimum tenendum est, quod — ne alios nominem — Spengel (Adelph praef p XV adn.) affirmauit, propter uersus 942 uerba *ne grauare* Donati uerba *apud Menandrum senex de nuptiis non grauatur* aliter intellegi non posse quam apud Menandrum quoque senem, ut uxorem duceret, commotum esse sed facilius et celerius. mirum quidem est, quod senex anno quinto et sexagesimo anum decrepitam uxorem ducit, quae iam diu per annos parere non potest; cf Euripidem in Stob. flor. 116,38 Ἀλλ᾽ ἢ τὸ γῆρας τὴν κύπριν χαίρειν ἐᾷ, ἢ τ᾽ ἀφροδίτη τοῖσ γέρουσιν ἄχθεται; sed tamen poetam tale argumentum fingere potuisse negare uix audeam; quod ueri similius etiam erit, si totam fabulae condicionem considerauerimus. nam ibi quaestio illa et a philosophis et a poetis trita, (cf Stobaei floril. 67—76, L. Schmidt, Ethik der alten Griechen II. 1882 p 133 q. s. 165, 186 q. s.) nuptiae praeferendae sint an caelibatus, tractatur; iam uersibus 44—46 Micio uxorem se numquam habuisse, Demeam uxorem duxisse narrat; hanc rem inter se et Micionem interesse etiam Demea u. 867 affirmat. hoc etiam in Menandri fabula exstitisse Donatus testis est, qui laudat ad Adelph I, 1,18 uersum ὦ μακάριόν με, γυναῖκα οὐ λαμβάνω. itaque cum fabulae fine neutri rationem bonam esse cognoscatur eamque ob rem utrumque poenas soluere oporteat, Micionem quoque moribus prioribus desistere consentaneum est. neque uero ceterae poenae satis graues fuissent, cum neque bona amissa neque Syrum manu missum tam aegre laturum fuisse puto eum, quem etiam antea clementem, placidum, liberalem fuisse scimus. quibus rebus Demeam potius mores mutasse efficitur. Micio uero ut poenis afficeretur satis grauibus moresque mutaret atque omnem uitae rationem et institutionem, bene sane et ridicule Menander senem, qui antea coniugium aspernabatur, tum ut anno quinto et sexagesimo maritus fieret atque anum decrepitam duceret, commoueri fecit. hanc igitur scaenam etiam in exemplari Graeco fuisse negari non potest.

Terentium autem, si apud Menandrum senem non duxisse uxorem iure Langen putaret, scaenam illam additurum fuisse, ne Romanorum mores uerecundiamque offenderet uitam caelibem tamquam impiam esse putantium, equidem nunquam crediderim. nam morositas ne Augusti quidem aetate talis erat et Horatius Vergilius alii lege Poppaea non impediente caelibes erant. Terenti autem aetate facile potest intellegi quanta fuerit morum disciplinaeque seueritas eorum, quos Casinam fabulam imprimis obscenam studiose ut denuo ederetur expetisse ex Cas. prol 11 q. s. cognouimus (cf Schoell, Cas. praef. p VII): hos nimia postulasse quisquam putat? quod deinde ad rem ipsam explanandam Langen addidit — similiter Leo (Deutsche Litteraturz. 1882, 358) et Schlee (Berl. phil. Wochenschr. 2, 99) disseruerunt — Aeschinum illud *promisi ego illis* ad tempus finxisse, mihi quidem, etiamsi talia apud poetas scaenicos sane inueniuntur (cf Lor. Mil. 1007), tamen peruerse coniectum esse uidetur. nam si quis fingere uult, ita eum mentiri oportet, ut credi possit speciemque habeat ueritatis. sed Aeschinum, qui primo tacitus pauidusque a Demea demum ut ipse quoque Micionem precibus peteret commotus nihil ut ita dicam nisi Demeae uocem remittit, promisisse illis auctoremque fuisse consilii Micio credere non potest. nihil igitur uiri docti, qui de Caroli Dziatzko editione iudicium fecerunt, in hac quaestione ab illo ipso bene mota (Adelph. praef. p 5 adn 1) profecerunt.

Certe si quis finxit, eum finxisse oportet, qui Micioni, ut Sostratam duceret, primus suaserat. Demeae ut uerba illa attribuamus, etiam alia causa mouemur. nam interroganti Micioni *Idne estis auctores mihi?* et Aeschinum et Demeam respondere consentaneum est. quod ut fiat, hac coniectura perficimus:

Aesch: Fac, — Dem: Promisi ego illis.

haec uerba ut a librariis Aeschino attribuerentur omnia, eam ob rem factum esse arbitror, quod *de te largitor puer*, ad Demeam senem spectare non posse putabant.

Est autem pueri significatio ingenua hominis paruuli; usurpatur imprimis ad homines modo natos significandos aut qui nati nondum sunt: Amph 418, 719, 1070, 1102, Cas 256, Truc 18, 389, 505, 576, 789, 806, 807, Frgm p 155,118, Andr 486, 833, Hec 681, 749, 770, Ad 658, 728. additur *quadrimus* Capt 8, 760, 876 *sexennis* Poen 988 *septuennis* Bacch 440, Men 24, Merc 292, Poen 66. cf praeterea Amph 484, 1103, 1111, 1113, 1114, 1119, 1124, Asin 703, Aul 164, 595, 818, Bacch 441, 445, 460 (bis), Capt 544, 630 (bis), 644 (bis), 720, 867, 982, 991, 1002, 1013, 1031, Cist 135, Curc 38, Epid 210, Men 19, 22, 31, 33, 34, 38 (bis), 39, 58, 60, 65, Merc 90, 293, 509, 540, Mil 1078, 1399, Poen 28, 30, 72, 76, 1074, Pseud 768, 1082, 1177, Stich 161, 175, Truc 86, 150, 202, 203, 404, 408, 423, 437, 448, 456, 596, 763, 791, 796, 798, 799, 808 (bis), 839, 850, 857, 863, 872, 878, 890, 902, 908, Frgm p 141,24. — Andr 400, 507, 515, 516, 722, 742, 748, 759, 763, 773, 776, 972, Haut 214, Eun 39, Phorm 48, 50, Hec 310, 312, 517, 532, 563, 571, 576, 638, 639, 649, 668, 700, 704, 708, 726, 769, Ad 333, 440, 494, 537, 563, 962. — Com p 11 Naeu 26.

Etiam femininam formam *puera* exstitisse ex Prisc. II, 230 K cognoscimus; sed de nonnullis locis eorum quos affert, iam inter grammaticos Romanos lis erat. Liu. Od 3 Varro *puera*, Aelius Stilo et Asinius *puer* scribendum censebant; similiter in Nelei carmine (Trag p 233; Fragm poet Rom ed Baehrens p 53). nam etiam *puer* quasi femininum adhibebatur, ut tradunt Priscianus l. l. et Charisius I, 84 K: *puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci* ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς. quae res explanationi est uersibus Andr 400, Ad 333 (ad utrumque cf Spengelii adnotationes), Amph 719, Cas 256, Fragm p 155 Sit 118, Hec 749. filium an filiam paritura sit femina grauida cum ante partum dici non possit, pueri uocabulum usurpatur.

Quod nonnunquam obscenam uim pueri uocabulum habere uidetur, non uocabulo ipso fit, sed totius sententiae conexu;

cf Truc 250, Com p 251 Pomp 174; p 257 Nou 20; Vssing Curc 382.

Terminus ad quem usque pueri nominabantur, accurate enucleari non potest; fortasse ex Merc 540 *puer est ille quidem, stulta: nam illi quidem haud sane diust, quom dentes exiderunt* concludi potest fuisse terminum non multo post id tempus, quo dentes quos uocant pueriles excidere solent, i. e. annum circiter duodecimum; (cf Men 1116. *septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum.*) certe ea aetate, qua amare coeperunt, pueri noniam dicebantur, sed adulescentes uel adulescentuli.

Itaque ne Aeschinus quidem ingenua significatione puer appellari potest, sed translate puerum dictum esse apparet. ac primum quidem, cum adulescentes paruulis plerumque seruis ad laborem nondum idoneis uterentur aduorsitoribus et pedisequis (cf e. gr. Most 858 q. s), saepe serui, quibus talis erat occupatio, pueri appellabantur:
Asin 382, 829, 891, 906, Aul 502, Bacch 577, Curc 9, 75, 382, Merc 912, 921, 930, Mil 1381, 1385, Most 308, 843, 939, 947, 949, 955, 965, 990, 991, Pers 165, 192, 202, 204, 209, 271, 771, 792, 849, Poen 1298, Pseud 170, 241, 242, 249, 252, Stich 270, Truc 535, — Andr 84, 368, Eun 624, Phorm 152, 862, Hec 359, 409, 719, 733, Com p 52 Caec 100, p 100 Turp 51, p 183 Afr 183, p 190 Afr 203, p 234 Pomp 54, Luc 88, 98, 583, 754.

Hoc igitur de quo nunc agimus loco *de te largitor puer* quasi prouerbium dici potest: puero i. e. pedisequo eri rem nimis liberaliter largienti erus dicit: de te i. e. de tua re, ne de aliena largitor. placeret mihi haec interpretatio, si, ut omnes adhuc putabant, ad Aeschinum illud *de te largitor puer* pertineret. sed cum Demeam *promisi ego illis* dixisse supra demonstrauerimus, alia interpretatio melior esse mihi uidetur.

Exstat etiam alia huius uocabuli translatio, quae ad puerorum imprudentiam spectat; pueri nominantur ei, qui etiamsi

adulti sunt, tamen non aliter agunt ac si pueri essent; cf Merc 976 *nouos amator, uetus puer:* Merc 294, *modo hercle in mentem uenit, quid tu deiceres: senex quom extemplo iam nec sentit nec sapit, aiunt solere eum rursum repuerascere*; sic etiam *puerilis* Mil 618, Pers 591, Trin 43, Phorm 249; *repuerascere* Com p 254 Nou 2. cf Com. Graec Fragm. ed. Meineke II 818 Theop. 7; V, 16 Cratin 13: δὶς παῖδες οἱ γέροντες. puer igitur uox contumeliosa est, qua Micio Demeam annis senem ingenio puerum appellat. certe haec translatio uel propter contrarium uel oxymoron ad totum loci contextum optime conuenit. ac probatur haec coniectura ea re, quod etiam antea Micio et fratrem et filium uerbis appellat minime blandis: *ineptis, asine, deliras, insanis, satin sanus es?*

Dixerit fortasse quispiam Aeschinum a Demea ipso u. 941 quasi auctorem consilii nominari; hic uero dolus est Demeae omnia, quae uult Aeschinus, a Micione fieri scientis; cf u 956 *dabitur, quandoquidem hic uolt.* eandem ob rem iam u 934 Aeschinum ut ipse quoque oret, commouet et u 937 *da ueniam filio* dicit.

Quod ad Donati adnotationem pertinet, mihi quoque Ihnei coniectura (Quaest. Terent. diss. Bonn 1843, p 31) optima esse uidetur: apud Menandrum senem non tam grauari. quod si rectum est, hic quoque Terentius Menandri fabulam correxit (cf Dziatzko, Adelph praef p 6), quamquam etiam apud Menandrum senem, si non totidem uersibus quot apud Terentium, at aliquantum certe grauatum esse puto.

Epilogus.

Praeter Plautum et Terentium adhibui ceteros quoque scriptores, qui ante Sullae aetatem floruerunt [Catonis de agric. libro usus non sum propter res ab Henrico Keil (praef p III) allatas], editiones secutus has:

T. Marci Plauti Comoediae rec Frid. Ritschelius sociis operae adsumptis G. Loewe, G. Goetz, Fr. Schoell. 1878—1894.

P. Terenti Com. ed. Franc. Umpfenbach 1870.

Scaenicae Romanorum poesis fragm. secundis curis rec. O. Ribbeck. 1871/73.*)

Fragmenta poetarum Romanorum coll. et em. Aem. Baehrens 1886.

M. Porci Catonis praeter librum de re rust. quae exstant rec H. Iordan 1860.

CIL I: Inscr. Lat. antiquissimae ed. Th. Mommsen 1863.

---

*) Tragicorum Romanorum Fragmenta tertiis curis ab Ottone Ribbeck recognita (1897) cum alterius editionis numeris congruunt. huius editionis paginas retinui causis satis grauibus commotus.

Index uocabulorum

accubare . . . . . p 33
adulescens . . . . . 19 sq.
adulescentulus, — a . . 19 sq.
auctus sum 17
bonus uir 27
collocare 45
coniugium 36
coniunx . . . . . 29 sq.
cubare 33
dare (uxorem, nuptum) 45
crus 41
filius, — a . . . . . 6 sq.
gnatus, — a . . . . 6 sq.
locare . . . . . p 45
mater et pater . . 19
mortales 5
natus u. gnatus . .
parere 16
pater 14, 19
puer, — a . . . . 51 sq.
puerum parere . . 16, 52
repuerascere . . . 53
tollere 39
uxor . . . . . 29 sq. 45
uir . . . . . 25 sq.
uir bonus 27

Index locorum.

1. Plauti

de Amphitruone fabula p 32 sq.
Amph 475 sq. . . . 32 sq.
Cist 562 13
Mil 687 25
Rud 312 sq. . . . . 22 sq.

2 Terenti

Andr 297 26
718 26
Haut 628 . . . . . 39 sq.
1060—1066 . . . 42 sq.
Eun 840 . . . . p 19
Phorm 759 sq. . . . 45 sq.
Hec 240 42
Ad 940 . . . . . 49 sq.
973 . . . . . 29 sq.

3. Donati

ad Andr 55 20
ad Ad 938 . . . . . 49 sq.

Com p 5 Enn 5 14
CIL I 1346—1392 . . . 12 sq.

Vita.

Petrus Fridericus Iosephus Koehm natus sum Castelli Mattiacorum a. d. IV. Kal. Apr. anno h. s. LXXV patre Iosepho matre Elisabetha e gente Koehm. fidei addictus sum euangelicae. per primos pueritiae annos in ludo ciuico patriae uersatus praecipue Gustauo Weiffenbach magistro eruditissimo multa debeo. autumno anni 1885 in gymnasium Mogontiacense quod uocant reale assumptus anno 1886 in gymnasii classem IV transii. uirorum ibi doctissimorum disciplina me usum esse gaudeo imprimis Iacobi Schlenger, qui etiam maturitatis testimonium adepto mihi semper adiutorem certissimum fautoremque studiorum meorum se praestitit beneuolentissimum. Weihrich quoque gymnasii d irector semper consilio et opera mihi affuit. anno 1893 uniuersitatis Ludouicianae ciuibus adscriptus per septies senos menses scholis interfui uirorum praestantissimorum Behaghel, de Bradke, Gundermann, Hoehlbaum, Oncken, Sauer, Schiller, Schwartz, Siebeck. proseminarii per bis senos menses, seminarii philologici per quinquies senos menses sodalis fui. summa liberalitate et beneuolentia semper subleuatum me esse etiam a bibliothecariis, a Velke Mogontiacensi et Haupt, Heuser, Ebel, Fritzsche Gissensibus grato animo confiteor. auspiciis ductus Gundermanni qui iam a studiorum initio tamquam Mentor mihi fuit, et Eduardi Schwartz consiliis usus hanc dissertationem confeci. his omnibus gratias ago quam maximas semperque habebo.

87PE K82
Köhm
Quaestiones, Plautinae
Terentianaeque
Rehana 11 MAY 07
COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010686622